NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
27 I
2
13-1.C.18.

II g 24

# REGVLA
# S. BENEDICTI
## ABBATIS

Cum Conſtitutionibus Con-
gregat. Monachorum
S. BERNARDI.

# REGVLA

Sanctiſſimi Patris Noſtri

# BENEDICTI

## ABBATIS

*Cum Conſtitutionibus, & Declarationibus*
*CONGREGATIONIS*
*Monachorum Reformatorum*
*SANCTI BERNARDI*
*Ordinis Ciſterc.*

Autoritate Capituli Generalis anni 1667. recognitis, & emendatis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ,
Apud Succeſs. Maſcardi. M.DC.LXVIII.
*SVPERIORVM PERMISSV.*

# INDEX CAPITVM
## REGVLÆ
# S. BENEDICTI.

DE generibus, vel vita Monachorum. Caput I. 16
Qualis debeat eſſe Abbas. Cap. II. 23
De adhibendis ad Conſilium fratribus. Cap. III. 52
Quæ ſunt inſtrumenta bonorum operum. Cap. IV. 56
De Obedientia. Cap. V. 64
De Taciturnitate. Cap. VI. 69
De Humilitate. Cap. VII. 72
De Officijs Diuinis in noctibus. Cap. VIII. pag. 83
Quot Pſalmi dicendi ſunt nocturnis Horis. Cap. IX. 86

*Qualiter Æſtatis tempore agatur nocturna laus. Cap. X.* 87
*Qualiter Dominicis diebus Vigiliæ agantur. Cap. XI.* 88
*Quomodò Matutinorum ſolemnitas agatur. Cap. XII.* 90
*Qualiter priuatis diebus Matutini agantur. Cap. XIII.* ibid.
*Qualiter in natalitijs Sanctorum àgantur Vigiliæ. Cap. XIV.* 92
*Quibus diebus dicatur Alleluia. Cap. XV. pag.* 93
*Qualiter diuina opera per diem agantur. Cap. XVI.* 94
*Quot Pſalmi per eaſdem horas canendi ſunt. Cap. XVII.* 97
*Quo ordine ipſi Pſalmi dicendi ſunt. Caput XVIII.* 98
*De Diſciplina pſallendi. Cap. XIX.* 101
*De reuerentia orationis. Cap. XX.* 104
*De Decanis Monaſterij. Cap. XXI.* 105
*Quomodò dormiant Monachi. Cap. XXII. pag.* 109
*De excommunicatione culparum. Caput XXIII.* 115

*Qua-*

*Qualis debeat eſſe modus excommunicationis. Cap.XXIV.* 122
*De grauioribus culpis. Cap.XXV.* 125
*De his, qui ſine iuſſione Abbatis iunguntur excommunicatis. Cap.XXVI.* 131
*Qualiter debeat eſſe ſolicitus Abbas circà excommunicatos. Cap.XXVII.* ibid.
*De his, qui ſæpiùs correpti non emendauerint. Cap.XXVIII.* 133
*Si debeant iterùm recipi fratres exeuntes de Monaſterio. Cap.XXIX.* 141
*De Pueris minori ætate qualiter corripiantur. Cap.XXX.* 146
*De Cellerario Monaſterij, qualis ſit. Caput XXXI.* ibid.
*De ferramentis, vel rebus Monaſterij. Cap. XXXII.* 152
*Si quid debeant Monachi proprium habere. Cap.XXXIII.* 156
*Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere. Cap.XXXIV.* 163
*De Septimanarijs coquinæ. Cap.XXXV. pag.* ibid.
*De infirmis fratribus. Cap.XXXVI.* 167
*De Senibus, vel Infantibus. Cap.XXXVII. pag.*

pag. 170
De Hebdomadario Lectore. Cap. XXXVIII. pag. 171
De menſura ciborum. Cap. XXXIX. 170
De menſura potus. Cap. XL. 181
Quibus horis oporteat reficere fratres. Caput XLI. 184
Vt poſt Completorium nemo loquatur. Cap. XLII. 188
De his, qui ad opus Dei, vel ad menſam tardè occurrunt. Cap. XLIII. 190
De his, qui excommunicantur, quomodò ſatisfaciant. Cap. XLIV. 194
De his, qui falluntur in Oratorio. Caput XLV. 195
De his, qui in alijs quibuslibet rebus delinquunt. Cap. XLVI. 196
De ſignificanda hora operis Dei. Caput XLVII. 201
De opere manuum quotidiano. Cap. XLVIII. 203
De Quadrageſimæ obſeruatione. Cap. XLIX. 208
De fratribus, qui longè ab Oratorio laborant, aut in via ſunt. Cap. L. 210
De

De fratribus, qui non ſatis longè proficiſcuntur. Cap.LI. ibid.
De Oratorio Monaſterij. Cap.LII. 211
De Hoſpitibus ſuſcipiendis. Cap.LIII. 212
Quòd non debeat Monachus literas, vel Eulogia accipere. Cap.LIV. 217
De Veſtimentis, & Calciamentis fratrum. Cap.LV. 221
De Menſa Abbatis. Cap.LVI. 228
De Artificibus Monaſterij. Cap.LVII. 229
De diſciplina ſuſcipiendorum fratrum. Cap.LVIII. 231
De filijs nobilium, vel pauperum, qui offeruntur. Cap.LIX. 260
De Sacerdotibus, qui voluerint in Monaſterio habitare. Cap.LX. 261
De Monachis peregrinis qualiter ſuſcipiantur. Cap.LXI. 263
De Sacerdotibus Monaſterij. Cap.LXII. 265
De ordine Congregationis. Cap. LXIII. 273
De ordinando Abbate. Cap.LXIV. 279
De Præpoſito Monaſterij. Cap.LXV. 285
De Oſtiario Monaſterij. Cap.LXVI. 290
De fratribus in via directis. Cap.LXVII. pag. 294
Si

*Si fratri impoſſibilia iniungantur . Caput LXVIII.* 297
*Vt in Monaſterio non præſumat alter alterum defendere . Cap.LXIX.* 298
*Vt non præſumat quiſquam aliquem paſſim cædere,aut excommunicare . Cap.LXX. pag.* ibid.
*Vt obedientes ſint ſibi inuicem fratres . Cap.LXXI.* 301
*De Zelo bono, quem debent habere Monachi . Cap.LXXII.* 303
*De eo , quod non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac ſit Regula conſtituta . Cap. LXXIII.* 304

# INDEX CAPITVM

## CAPITVLI GENERALIS.

*QVid ſit Capitulum Generale, & quæ eius poteſtas . Cap.I.* 311
*De ijs, qui ſunt in Capitulum conuenturi . Cap.II.* 312
*De Diſcretis ad Capitulum Generale à quaq; Prouincia delegandis . Cap.III.* 317

Quid

*Quid obſeruandum ſit in vnoquoque Monaſterio tempore Capituli. Cap. IV.* 328
*De tempore, & loco celebrandi Capituli. Cap. V.* 330
*Quid in primo Conſeſſu Capituli fieri conueniat. Cap. VI.* 333
*De electionibus in eodem primo Conſeſſu faciendis. Cap. VII.* 339
*De alijs electionibus in ſecundo Conſeſſu faciendis, & quæ ſit Definitorij autoritas. Cap. VIII.* 343
*Qua ratione in ſingulis Conſeſſibus negotia tractanda ſint. Cap. IX.* 348
*De electione Abbatis Generalis. Cap. X. pag.* 354
*De electione Seniorum Aſſiſtentium, & de Superiorum abſolutorum ſcrutinio. Cap. XI.* 363
*De electione Viſitatorum, Procuratoris Generalis, Prouincialium, & aliorum cuiuſque Monaſterij Superiorum. Caput XII.* 365
*De vltimo Conſeſſu, & clauſula Capituli. Cap. XIII.* 368

Im-

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Pal. Apoſt.

*Io. Archiep. Vrbin. Viceſg.*

---

*Imprimatur.*

Fr. Hiacynthus Libellus Sac. Pal. Apoſt. Mag.

R E-

# REGVLA
## SANCTISSIMI PATRIS NOSTRI BENEDICTI ABBATIS.

## PROLOGVS.

*AVſculta, ò fili, præcepta Magiſtri, & inclina aurem cordis tui, & admonitionem pÿ Patris libenter excipe, & efficaciter comple; vt ad eum per obedientiæ laborem redeas, à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras. Ad te ergò nunc meus ſermo dirigitur, quiſquis abrenuncians proprÿs * voluntatibus, Domino Chriſto vero Regi militaturus, obedientiæ fortiſſima, atque præclara arma * aſſumis. In primis, vt quicquid agendum inchoas bonum, ab eo perfici inſtantiſſima oratione depoſcas: vt, qui nos iam in filiorum dignatus eſt*

al. Obſculta.

al. voluptatibus.

al. ſumis

al. debet *numero computare ;. non * debeat aliquandò de malis actibus noſtris contriſtari. Ita enim ei omni tempore, de bonis ſuis in nobis parendum*
al. ſine vt *eſt : vt non ſolùm, * vt iratus pater ſuos non aliquando filios exhæredet : ſed nec vt metuen-*
al. iratus al. ſine perpetuã *dus dominus, * irritatus malis noſtris, vt nequiſſimos ſeruos * perpetuam tradat ad pœnam, qui eum ſequi noluerint ad gloriam.*

Rom. 13 ¶ *Exurgamus ergò tandem aliquandò, excitante nos ſcriptura, ac dicente: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et apertis oculis noſtris*
al. attentis. *ad deificum lumen, * attonitis auribus audia-*
al. ammonet *mus, diuina quotidie clamans, quid nos * admoneat vox dicens: Hodie ſi vocem eius audieritis,*
Pſ. 94. *nolite obdurare corda veſtra : Et iterùm, qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat*
Apoc. 2. *Eccleſijs. Et quid dicit ? Venite filij, audite*
Pſ. 33. *me timorem Domini docebo vos. Currite, dum*
Io 12. *lumen vitæ habetis: nè tenebræ mortis vos comprehendant. ¶ Et quærens Dominus in multitudine populi, cui hæc clamat, operarium ſuum, iterum dicit : Quis eſt homo, qui vult*
Pſ 33. *vitam, & cupit videre dies bonos ? Quod, ſi tu audiens reſpondeas, Ego : dicit tibi Deus.*
Pſ. 33. *Si vis habere veram, & perpetuam vitam ;*

*probibe linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur dolum.* * *Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam. Et cum hæc feceritis, oculi mei ſuper* * *vos, & aures meæ ad preces veſtras. Et antequàm me inuocetis, dicam: Ecce adſum. Quid dulcius nobis hac voce Domini inuitantis nos, fratres chariſſimi? Ecce pietate ſua demonſtrat nobis Dominus viam vitæ.*

al. deuerte.
al. vobis
Eſai.65

¶ *Succinctis ergò fide,* * *vel obſeruantia bonorum actuum lumbis noſtris,* * *& calceatis pedibus per ducatum Euangelij pergamus itinera eius: vt mereamur eum, qui nos vocauit,* * *in regno ſuo videre. In cuius regni tabernaculo ſi volumus habitare; niſi illuc bonis actibus* * *currendo minimè peruenitur. Sed interrogemus cum Propheta Dominum dicentes ei. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte Sancto tuo? Poſt hanc interrogationem, fratres, audiamus Dominum reſpondentem, & oſtendentem nobis viam ipſius tabernaculi, ac dicentem: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam: Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua: Qui non fecit proximo ſuo malum:*

al. & Eph vl.
al. & calceatis pedibus in præparatione Euangelij pacis.
al. in regnum ſuum.
al. curritur.
Pſ.14.

*lum: qui opprobrium non accepit aduerſus proximum ſuum: Qui malignum diabolum aliqua ſuadentem ſibi, cum ipſa ſuaſione ſua à conſpectibus cordis ſui reſpuens, deduxit ad nihilum, & paruulos cogitatus eius tenuit, & alliſit ad Chriſtum: qui* timent Dominum, de bona obſeruantia ſua non ſe reddunt elatos: ſed ipſa in ſe bona non à ſe poſſe; ſed à Domino fieri exiſtimantes, operantem in ſe Dominum magnificant, illud cum Propheta dicentes: Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Sicut nec Paulus Apoſtolus, de prædicatione ſua ſibi aliquid imputauit dicens: Gratia Dei ſum id, quod ſum. Et iterum ipſe dicit: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Vnde & Dominus in Euangelio ait: Qui audit verba mea hæc, & facit ea; ſimilabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram: venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit; quia fundata erat ſupra petram. Hæc complens Dominus expectat quotidie his ſuis ſanctis monitis, factis nos reſpondere debere. Ideò nobis, propter emendationem malorum huius vitæ, dies ad inducias relaxantur, dicente*

Pſ 136. al. timẽtes. Pſ. 113. 1. Cor. 15. 1. Cor. 10. Matt. 7.

*te Apoſtolo: An neſcis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Nam pius Dominus dicit: Nolo mortem peccatoris: ſed vt magis conuertatur, & viuat. ¶ Cum ergò interrogaſſemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audiuimus habitandi præceptum: ſed, ſi compleamus habitatoris officium, erimus hæredes regni Cœlorum. Ergò præparanda ſunt corda, & corpora noſtra, ſanctæ præceptorum obedientiæ * militatura: &, quod minus habet in * nobis natura poſſibile; rogemus Dominum, vt gratiæ ſuæ iubeat nobis adiutorium * miniſtrari. Et ſi fugientes gehennæ pœnas, ad vitam perpetuam volumus peruenire; dum adhuc vacat, & in hoc corpore ſumus, & hæc omnia per hanc lucis * vſuram vacat implere: currendum, & agendum eſt modo, quod in perpetuum nobis expediat.*

Rom. 2. Ezec. 18 al. militanda al. nos al. miniſtrare al. viam

*¶ Conſtituenda eſt ergo à nobis Dominici ſchola ſeruitij, in qua inſtitutione nihil aſperum, nihilque graue nos conſtituturos ſperamus. Sed, & ſi quid paululum reſtrictiùs, dictante æquitatis ratione, propter emendationem vitiorum, vel conſeruationem charitatis, proceſſerit; non illicò pauore perterritus refugias viam ſalu-*

Matt. 7.

*tis, quæ non eſt niſi anguſto initio incipienda. Proceſſu verò conuerſationis, & fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine, curritur via mandatorum Dei: vt ab ipſius nunquam magiſterio diſcedentes, in eius doctrina*
1.Cor.1 *vſquè ad mortem in Monaſterio perſeuerantes,*
al. participemus *paſſionibus Chriſti per patientiam * participemur; vt & regni eius mereamur eſſe conſortes.* *

al. adde Amen.

# PRAEFATIO

## IN CONSTITVTIONES

1 CVM multæ olim rationes ſapienter ìnitæ fuerint à primis Ordinis noſtri Ciſtercienſis Patribus, maioribus noſtris, hoc eſt, à Beato Stephano tertio Abbate Ciſtercienſi, à Sancto Bernardo Abbate Clarauallenſi, alijſque, qui tunc erant ex eadem familia, & diſciplina, quibus concordiam, & conſenſionem in ſuſcepto inſtituto religioſo, quibus inter ſe coniuncti erant, inuiolatam conſeruarent: tùm illud præcipuè ſummo conſilio ab ijs factum eſſe memoriæ proditum eſt, quod ritus, & inſtituta vitæ regularis in omnibus Ordinis ſui

Cœnobijs eodem modo ſeruanda propoſuerunt: ex quo neceſſe eſſet, vt in omni parte diſciplinæ Monaſticæ ſummè concordes, atquè vniformes exiſterent. Cùm enim Regula Sancti Patris Benedicti ad complures obſeruantiæ rationes accommodari poſſit, ipſiquè è Ciſtercio profecti in plura iam Monaſteria quaquauerſum fundi, & propagari diuina benignitate cœpiſſent, ex nonnulla varietate, quæ inter ipſos iam irrepſerat, facilè intellexerunt, niſi naſcenti diſſimilitudini maturè occurreretur, breui fore, vt illa conſentiens, & conſpirans diſciplinæ concordia, qua vnanimes, & tanquàm vnius moris in domo vno ore glorificabant Deum, & ſeruiebant ei humero vno, quotidiana varietatum acceſſione, diuelleretur, & concideret. Itaque mali huius auertendi cauſa, prudenti cautione, conuocato Generali Capitulo, cui præſtanti religione Abbates interfuerunt, cum in vnum coiuiſſent, Chartam, quæ dicitur Charitatis, confecerunt, aliaque

multa

multa decreuerunt, quæ cùm in omnibus Monaſterijs eorum eodem modo ſeruarentur, ipſi hoc quaſi vinculo connexi pulcherrimam illam tùm rituum, & inſtitutorum, tùm animorum, & voluntatum concordiam, & vnionem perpetuò retinerent, & quaſi in vnum coaleſcerent. Quo tanquàm domeſtico exemplo admoniti nos eorum poſteri, & filij, quamuis hoc nomine haudquaquàm digni, cùm eandem illam rituum animorumque conſenſionem, & concordiam, ſinè qua Congregatio Monaſtica ſtare nulla poteſt, ſartam tectam inter nos conſeruare cuperemus, illorum veſtigia perſequentes, atquè adeò omnium Ordinum, & Congregationum regularium conſuetudinem tenentes, faciendum nobis eſſe duximus, vt Conſtitutiones Regulæ Sancti Benedicti, noſtroque inſtituto conſentaneas ab omni Congregatione obſeruandas conderemus, & literis conſignaremus. Dedimus autem operam, quantùm in nobis fuit, vt eæ cum ſynceritate Regulæ,

quam

quàm maximè conſentientes, cùm veterum etiam Patrum Ciſtercienſium ſimplicitate, religione, & ſanctimonia congruerent. Nec verò parum confidimus eas Conſtitutiones omnibus, qui in hac Congregatione erga perfectionis ſpiritualis inſtitutum optimè fuerint animati, cum magno ad eam adipiſcendam vſui præſidioque futuras, tùm maximæ ſuauiſſimæque voluptati, & quod caput eſt; certiſſimæ ſaluti.

2 Illud autem primò poſitum à nobis ſit, generatimque ſemel conſtitutum, non eſſe conſilij, mentis, aùt intentionis noſtræ, quenquam, qui contra Decreta, aùt inſtituta hæc commiſerit, ad vllam pœnam earum, quæ hìc conſtituuntur, obligare, niſi cum Superior eius eam pœnam ei nominatim ob culpam admiſſam indixerit: excepto tamen ſi in Conſtitutione ſcriptum ſit, eius culpæ reum pœna in Conſtitutione addita ipſo facto teneri.

3 Sed ne ad peccatum quidem, aùt mortale, aùt veniale volumus harum

Con-

Conſtitutionum violatione quenquam obligari, niſi propter votum, quo ſe fortè aliquis ad id nominatim deuinxerit, aùt propter contemptum, aùt ſi aliud ius, vel cauſa, aùt etiam præceptum Superioris in virtute ſanctæ Obedientiæ factum interceſſerit.

4 Hoc autem genus præcepti cùm rariſſimè, & in re magni momenti tantùm adhiberi debeat, in literis duntaxat obedientialibus dandis vſurpari poſſit à quouis Superiore. Abbas Generalis præterea vbi, & quandò neceſſitas exegerit, eo vti non poſſit, niſi cum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis præſentium conſilio.

5 Hac eadem facultate Viſitatores in actu Viſitationis tantùm potiantur, & Prouinciales quoties neceſſitas occurrerit. Qui omnes hac in re Seniorum Monaſterij, in quo erunt, conſilium adhibere teneantur.

6 Liceat, & Superioribus localibus pro aliqua contumacia celeriter comprimenda vti hoc præcipiendi modo,

do, Seniorum Monaſterij adhibito conſenſu in ſcriptis. Subſcribatur autem præceptum huiuſmodi tùm ab ipſis à quibus fit, tùm ab ijs quorum aſſenſu approbatum fuerit.

7 Præterea licere volumus Superioribus Monaſteriorum, adhibitis in conſilium Senioribus ſui cuiuſq; Monaſterij, cum fratribus ſuis, aut etiam cum ſe ipſis, in ijs, quæ pertinent ad diſciplinam, & ad communem victum ad tempus diſpenſare. Eamque diſpenſationem pro rei neceſſitate repetendi, ac renouandi, non tamen perpetuandi, nec toti Conuentui tribuendi, niſi grauiſſima, manifeſtaque neceſſitas coegerit, facultatem damus. Quod cùm facient, ea religione & timore Dei faciant, vt appareat eos ad id conſilium non propenſa voluntate delapſos, ſed mera neceſſitate pertractos eſſe. Et in rebus grauioribus conſulant Abbatem Generalem, aut Prouinciales. Cùmque deſierit cauſa diſpenſationis, deſinat etiam diſpenſatio.

Quod

8 Quod ſi quis de his Conſtitutionibus pertinaciter diſputauerit, aut de ijs detrahendi cauſa cùm quouis homine contumelioſiùs locutus fuerit, is primò quidem admoneatur, ſicut fraternæ correctionis ordo poſtulat. Deindè verò publicè obiurgetur coram omnibus in Capitulo. Poſtremò ſi hæc illi non profuerint ad emendationem, præter alias pœnas ab ipſius Superiore irrogandas, ipſo facto priuatus ſit actiua, & paſſiua voce per quadriennium, ſilentiumque ſeruet per menſem. Quam tamen pœnam, ſi reſipuerit, liceat Superiori cum Seniorum Monaſterij conſenſu imminuere.

9 Porrò ſi quid in his Conſtitutionibus, aùt alijs earum præſcripto condendis ambiguum, aùt obſcurum repertum fuerit, eius interpretatio ad Capitulum Generale pertineat, ex maioris partis eorum, qui conuenerint, ſententia definienda. Quod ſi neceſſitas poſtulauerit, vt ante tempus habendi Capituli ea obſcuritas explanetur. Ab-

bas

bas Generalis cùm aſſenſu Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis interea quid ſequendum ſit, conſtituat: ità tamen, vt poſteà tota res ad Capitulum generale referatur, vel confirmanda, vel improbanda.

10 Ne autem inutilis, & ſuperuacanea congeries Conſtitutionum fiat, harum Conſtitutionum Decreto abrogamus, antiquamus, nulliuſque roboris eſſe volumus quaſcumque alias ante hac factas in hac Congregatione Conſtitutiones. Et cùm in poſterum aliquid noui in Congregatione conſtitutum fuerit, id decretum edictumque eſſe, & vim Conſtitutionis habere, tùm demum intelligatur, cùm ab vno, & altero Capitulo, nullo alio Capitulo interiecto, continuatis, ex maioris partis conuocatorum Patrum ſententia decretum, approbatumque fuerit. Et id quidèm poſt prius horum Capitulorum obſeruetur, tanquàm Ordinatio: poſt alterum autem Conſtitutio habeatur. Eademque ratio ſeruetur in quacùmque

Con-

Conſtitutione, ſiue ex toto, ſiue ex parte abroganda.

11 Poſtremò quoniàm permagni intereſt vnumquemque leges, quibus parere debeat, optimè perceptas, & comprehenſas in promptu habere, dent operam ſinguli fratres Congregationis, vt Conſtitutiones, quæ quidem ad ſe pertinent, diligenter addiſcant, memoriæque mandent. Sitque curæ Superioribus, vt in id ſtudium, tùm vniuerſi, tùm ſinguli incumbant in quoque Monaſterio. Ac propterea curent eas in conuentu fratrum, ſiuè in Capitulo, ſiuè in Refectorio, quater in anno, facto initio à Dominica proximè antecedente Quatuor quæque anni Tempora, clara voce recitandas. Quod ſi quis ei conuentui defuerit, idem quod recitatum fuit publicè, ipſe priuatim attentè legat.

INCI-

# INCIPIT REGVLA S. PATRIS BENEDICTI.

al. de generibus Monachorum, al. de regula, vel vita Monachorũ

## * *De generibus, vel vita Monachorum.*

## *CAP. PRIMVM.*

MOnachorum quatuor eſſe genera manifeſtum eſt. Primum Cœnobitarum, hoc eſt, monaſteriale, militans ſub regula, vel Abbate. Deindè, ſecundum genus eſt Anachoretarum, id eſt Eremitarum; horum, qui non conuerſionis feruore nouitio; ſed Monaſterij probatione diuturna, didicerunt contra diabolum, multorum ſolatio, iam docti pugnare; & bene inſtructi fraterna ex acie, ad ſingularem pugnam eremi, ſecuri iam ſine conſolatione alterius, ſola manu, vel brachio contra vitia carnis, vel cogitationum (Deo auxiliante) pugnare ſufficiunt. ¶ Tertium verò Monachorum teterrimum genus, eſt * Sarabaitarum, qui

סרבים Hebr. Sarabaitæ, i. rebelles, increduli, refractarij. Eze. 2 6

*qui nulla regula approbati, experientia* * *magiſtra, ſicut aurum fornacis: ſed in plumbi natura molliti, adhuc operibus ſeruantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini, aut terni, aut certè ſinguli, ſine paſtore, non dominicis, ſed ſuis incluſi ouilibus, pro lege eis eſt deſideriorum voluptas, cùm quicquid putauerint, vel* * *elegerint, hoc dicunt ſanctum: & quod noluerint, hoc putant non licere.* ¶ *Quartum verò genus eſt Monachorum, quod nominatur Gyrouagum, qui tota vita ſua per diuerſas prouincias, ternis aut quaternis diebus per diuerſorum cellas hoſpitantur, ſemper vagi, & nunquam ſtabiles,* * *& proprijs voluptatibus, & gulæ illecebris ſeruientes, & per omnia deteriores Sarabaitis: de quorum omnium miſerrima conuerſatione melius eſt ſilere, quàm loqui. His ergo omiſſis, ad Cœnobitarum fortiſſimum genus diſponendum (adiuuante Domino) veniamus.*

al. magiſtri.

al. egerint

al. add. ſed ſemper, & vbique

1 Monachorum *quatuor eſſe genera, &c.* Cùm ex quatuor Monachorum generibus, quæ à Sancto Patre, & Legiſlatore noſtro Benedicto ipſo Regulæ initio proponuntur, eius ſententia for-

tiſſimi ſint, qui ex ſocietate, in qua vitam ſub moderatore agunt, Cœnobitæ vocantur: in quorum gratiam vir Sanctus Regulam conſcripſit: Noſtrum planè eſt, quos ad id vitæ genus diuina benignitas vocauit, ne in tanti beneficij autorem Deum ingrati animi vitio turpiter impièque peccemus, ſumma ope niti, vt eam religioſiſſimam vitam, quàm ſanctiſſimè colamus, & ad perfectam animi puritatem, diuinamque ſapientiam ei vitæ propoſitam ardentiſſimo ſtudio dies, ac noctes aſſiduè contendamus. Quamobrem alia tria Monachorum genera miſſa facientes, in horum caſtris militemus, & armis ex hac Regula, tanquam ex inſtructiſſimo armamentario depromptis, accincti aduerſus animarum noſtrarum hoſtes infeſtiſſimos acerrimè depugnemus: certa videlicet ſpe nixi felicis, glorioſæque victoriæ, & ex victoria beatiſſimæ immortalitatis, non noſtra virtute, ſed diuino præſidio conſequendæ.

2 *Deindè ſecundum genus eſt, &c.* Si quis no-

noſtrum interdum vitam ſolitariam, & Eremiticam in aliquo Congregationis loco ad eam accommodato experiri concupierit, nolumus eius rei facultatem ei à quoquam alio, quàm ab Abbate Generali dari poſſe: idque ſi is hoc illius animæ ſaluti profuturum, alijs non obfuturum iudicauerit, atque id illi ad menſis, anni, aùt ſummum biennij ſpatium concedat. Ad longius verò tempus concedere, Capituli tantùm generalis ſit.

3 *Tertium verò Monachorum, &c.* Vt teterrimum genus Monachorum, quod dicitur Sarabaitarum, in hac Congregatione vitetur, ſtatuimus, vt nullum poſthac Monaſterium Congregationi oblatum recipiatur, aùt etiam extruatur, quod reditus ad tredecim, aùt duodecim minimùm fratres alendos non habeat, vt diſciplina regularis commodè ſeruari poſſit. Liceat tamen Abbati Generali cùm conſilio Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis interdum ob grauem cauſam diſpen-

ſare, vt ſi ad decem fratres alendos reditus Monaſterij ſuppetant, non reijciatur.

4 In vnoquoque Monaſterio Monachorum, ac fratrum is tantùm deinceps conſtituatur, & impoſterùm retineatur numerus, qui ex redditibus illius proprijs ſuſtentari poſſit.

5 *Mentiri Deo per tonſuram, &c.* Ternis ſingulis Hebdomadis, & æſtiuo tempore frequentiùs ad Superioris arbitrium coma capitis, & barba tondeantur, relicta corona infrà minoris digiti latitudinem ſuper auriculas circulariter extenſa, quæ quidem ſolo forficum ductu, & inciſis lineatim capillis non fiat, ſed supernè, infernèque abraſis, ſeù inciſis ad cutem pilis ſemper promineat. Conuerſis, & Donatis incidantur capilli prout in Rituali.

6 *Quartum verò genus eſt, &c.* Ad quarti generis Monachorum, qui Gyrouagi dicuntur, diram peſtem ab hac Congregatione auertendam, decernimus, vt in quo quiſque Monaſterio col-

collocatus eſt, in eo conſtanter, quietèque permaneat, niſi Abbati Generali, aùt Prouinciali Conſultores ſuos reſpectiuè in conſilium adhibentibus aliter videatur. Caueant autèm Abbas Generalis, & Prouinciales ipſi, ne Monachum aliquem, vel fratrem mutent de loco ad locum, vel de Prouincia ad Prouinciam reſpectiuè, niſi ille per annum ſaltem in Monaſterio commoratus fuerit: quod ſi aliquandò vrgeat neceſſitas, ſolus Abbas Generalis poſſit hanc mutationem facere, & de conſenſu ſui Conſilij.

7 Non poſſit Superior cuiuſuis Monaſterij cuiquam fratri, nec ſibiipſi, niſi propter negotia neceſſaria Monaſterij poteſtatem facere peregrè proficiſcendi longiore quàm triginta milliariorum itinere, nec diuturniore quàm quinque dierum, à Monaſterio abſentia. Qui ſecùs fecerit arbitrio Abbatis Generalis, ſeù Prouincialis, aùt etiam Viſitatorum pœna plectatur. Liceat tamen Abbati Generali, & Pro-

uincialibus cum aliquibus Superiorum diſpenſare, vt longioris, & viæ, & abſentiæ licentiam poſſint ſuis concedere, dummodò ad alienæ Prouinciæ Monaſteria, vel ad Ciuitates, & loca, vbi huiuſmodi Monaſteria ſita ſunt, proficiſci non contingat: hac enim in re ſolus Abbas Generalis diſpenſabit.

8 Ne cuiquam prodeunti è Monaſterio liceat aliò ire, quàm quò eundi licentiam à Superiore acceperit. Niſi quis fortè in ipſa via nactus opportunam occaſionem aliquò ſe conferendi, quò Superior non conceſſerit, probabili argumento ſibi perſuadet Superiorem hanc ſibi licentiam, ſi petere in mentem veniſſet, facilè fuiſſe conceſſurum. Ea tamen lege, vt reuerſus in Monaſterium id Superiori patefaciat. Qui ſecùs fecerit, non ſit impunè.

9 Qui autem accepta Superioris licentia aliquem locum adeundi intra ſibi aſſignatum terminum non reuertitur, vel longiùs, quàm permiſſum fuerit, proficiſcitur; tot diebus in pane, & aqua

& aqua in medio Refectorio ieiunet, quot vltra ſibi à Superiore definitos è Monaſterio abſuerit. Quod ſi poſt quintum diem à ſibi indicto termino non redierit, præter præfati ieiunij pœnam, pedes è Monaſterio per tres menſes non efferat. Superior verò Monaſterij de hac re tota Abbatem Generalem, vel Prouincialem certiorem faciat, grauiter puniendus & ipſe, ſi hoc omiſerit.

## *Qualis debeat eſſe Abbas.*

## C A P. II.

*Abbas, qui præeſſe dignus eſt Monaſterio, ſemper * meminiſſe debet, quod dicitur, & nomen maioris factis implere. Chriſti enim agere vices in Monaſterio creditur; quando ipſius vocatur prænomine, dicente Apoſtolo: Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater. Ideòque Abbas nihil extra præceptum Domini (quod abſit) debet* al.meminere Rom. 8.

 *docere,*

al. aut *docere, aut conſtituere, * vel iubere: ſed iuſſio eius, vel doctrina fermentum diuinæ iuſtitiæ in*
al. conſpergat *diſcipulorum mentibus * conſpergatur. ¶ Memor ſit ſemper Abbas, quia doctrinæ ſuæ, vel diſcipulorum obedientiæ, vtrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit diſcuſſio. Sciatque Abbas, culpæ paſtoris incumbere, quicquid in ouibus paterfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire. * Tantum iterum liber*
al. tantundem *erit; ſi inquieto, vel inobedienti gregi paſtoris fuerit omnis diligentia attributa; & morbidis earum actibus vniuerſa fuerit cura exhibi-*
al. eorum *ta: paſtor * earum in iudicio Domini abſolutus, dicat cum Propheta Domino: Iuſtitiam tuam*
Pſ. 39. *non abſcondi in corde meo, veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi: ipſi autem contemnentes, ſpreuerunt me. Et tunc demum inobedientibus curæ ſuæ ouibus pœna ſit eis præualens ipſa mors. ¶ Ergò, cum aliquis ſuſcipit nomen*
Act. 1. *Abbatis, duplici debet doctrina ſuis præeſſe diſcipulis, ideſt omnia bona, & ſancta factis*
al. oſtendat *ampliùs, quàm verbis * oſtendere: vt capacibus diſcipulis mandata Domini verbis proponat: duris verò corde, & ſimplicioribus, factis ſuis diuina præcepta demonſtret. Omnia*

*verò,*

*verò, quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria, in ſuis factis indicet non agenda: ne aliȷs prædicans, ipſe reprobus inueniatur, ne quandò illi dicat Deus peccanti: Quare tu enarras iuſtitias meas; & aſſumis teſtamentum meum, per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos poſt te. Et qui in fratris tui oculo feſtucam videbas, in tuo trabem non * vidiſti.* 1. Cor. 9 Pſ. 49. Matt 7. al. vidiſti? Al. hic faciunt tit.

¶ *Non ab eo perſona in Monaſterio diſcernatur. Non vnus plùs ametur, quàm alius; niſi quem in bonis actibus, aut obedientia inuenerit meliorem. * Non præponatur ingenuus ex ſeruitio conuertenti, niſi * alia rationabilis cauſa exiſtat. Quòd ſi, ita iuſtitia dictante, Abbati viſum fuerit, & de cuiuslibet ordine id faciat: ſin aliter propria teneant loca: quia, ſiuè ſeruus, ſiuè liber, omnes in Chriſto vnum ſumus, & ſub vno Domino æqualem ſeruitutis militiam baiulamus: quia non eſt apud Deum perſonarum acceptio. Solummodò in hac parte apud ipſum diſcernimur, ſi meliores * aliȷs in operibus bonis, & humiles inueniamur. Ergò æqualis ſit omnibus ab eo charitas, vna præbeatur in omnibus ſecundum merita di-*

Quod Prælatus nõ debet eſſe acceptor perſonarum. al. Non conuertenti ex ſeruitio præponatur ingenuus. al. aliqua 1. Cor. 12. Rom. 12 Gal. 3. Epheſ. 6 al. add. ab

*diſciplina. In doctrina nanque ſua Abbas Apoſtolicam debet illam ſemper formam ſeruare, in qua dicit: Argue, obſecra, increpa: id eſt, miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta; dirum magiſtri, pium patris oſtendat affectum: id eſt, indiſciplinatos, & inquietos debet duriùs arguere: obedientes autem, & mites, & patientes, vt in melius proficiant, obſecrare. Negligentes autem, & contemnentes, vt increpet, & corripiat, admonemus. ¶ Neque diſſimulet peccata delinquentium: ſed mox, vt cœperint oriri, radicitùs ea, vt præualet, amputet; memor periculi Heli ſacerdotis de Silo. Et honeſtiores quidem, atque intelligibiles animos prima, vel ſecunda admonitione verbis corripiat: improbos autem, & duros, * ac ſuperbos, vel inobedientes, verberum, vel corporis caſtigatione in ipſo initio peccati, coerceat, ſciens ſcriptum: Stultus verbis non corrigitur: & iterum: Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte. * Meminiſſe debet ſemper Abbas, quod eſt; meminiſſe quod dicitur, & ſcire, quia, cui plus committitur, plus ab eo exigitur: Sciatque quàm difficilem, & arduam rem ſuſcepit regere animas, & multorum*

a. add. corde

Pro. 23.

al. meminere.

al. Meminiſſe debet ſemper Abbas quod dicitur, &c.

*torum*

*torum ſeruire moribus. Et alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium ſuaſionibus: & ſecundum vniuſcuiuſque qualitatem, vel intelligentiam, ita ſe omnibus conformet, & aptet, vt non ſolùm detrimenta gregis ſibi commiſſi non patiatur; verum * in augumentatione boni gregis gaudeat.* al. add. etiam

¶ *Antè omnia, nè diſſimulans, aùt paruipendens ſalutem animarum ſibi commiſſarum, non plus gerat ſolicitudinem de rebus tranſitorijs, & terrenis, atque caducis: ſed ſemper cogitet, quia animas ſuſcepit regendas, de quibus, & rationem redditurus eſt. Et ne cauſetur de minori forte ſubſtantia, meminerit ſcriptum: Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et iterum, Nihil deeſt timentibus eum. Sciatque, quia qui ſuſcipit animas regendas * paret ſe ad rationem reddendam. Et quantum ſub cura ſua fratrum ſe habere ſcierit numerum, agnoſcat pro certo, quia in die iudicij ipſarum omnium animarum redditurus eſt Domino rationem, ſine dubio addita, & ſuæ animæ. Et ita timens ſemper futuram diſcuſſionem paſtoris de creditis ouibus, cùm de alienis ratiocinijs cauet,*

Al. hic faciunt tit. Quod Abbas non debet paruipendere ſalutẽ animarũ ſibi com miſſarũ.

Matt. 6.

al. ſuſcepit al. & præparet

red-

al. moni- tionibus *redditur de ſuis ſolicitus. Et cum de * admonitionibus ſuis emendationem alijs ſubminiſtrat, ipſe * quoque efficitur à vitijs emendatus.*

al. omitt. quoque

1 CVM boni Superioris, & Magiſtri ſit diſcipulos ſuos non tàm verbis quàm factis ad virtutem inſtituere, ſtudeant Superiores Monaſteriorum in ſeruanda, quàm accuratiſſimè diſciplina regulari, ſuis virtute prælucere. Idque potiſſimùm faciant in rebus aſperioribus, à quibus ſenſuum, naturæque imbecillitas, & mollities magis abhorrere ſolet.

2 Abbas verò Generalis det operam, vt totum eius ſtatum optimè teneat, & percalleat, & quemadmodum ſe res in dies habeant, cognoſcat: quomodò Superiores Monaſteriorum, & reliqui officijs, & miniſterijs præfecti ſe gerant: nùm quo loco diſciplinæ ratio immutari, aùt ſeueritas remitti incipiat, præſertim in Monaſterijs remotioribus, & vbi ſunt Nouitiorum tyrocinia; nùm Conſtitutionum, & aliarum Ordinationum refrigeſcat obſeruatio.

Cu-

3 Curet, vt in vnoquoque Monaſterio ſemel ſaltem in anno ab omnibus per decem dies fiant exercitia ſpiritualia. Quo tempore conceditur ijs, qui in ſimilibus exercitijs occupantur, facultas eligendi ſibi Confeſſarium ex noſtris, qui illos abſoluat à caſibus Superioribus quibuſcumque reſeruatis. Superiores verò, qui id fieri neglexerint, grauiter ab Abbate Generali, vel Prouincialibus puniantur.

4 Quæcunque maioris momenti geruntur in Congregatione, ſibi reſeruet cognoſcenda, & approbanda, & tanquàm è ſpecula proſpiciens omnes partes Congregationis, omne ſtudium adhibeat, vt diſciplinam regularem vbi ſtat, conſeruet, vbi nutat, fulciat, & quicquid vitij in mores irrepit, reſecet, & excidat: cùm meminiſſe debeat ſibi (vt eſt in Regula) reddendam eſſe rationem villicationis ſuæ tùm Deo, quod eſt primum, maximèque perhorreſcendum, tùm Capitulo generali.

At-

5 Atquè, vt omnia in Congregatione meliùs cognoſcere, emendare, & conſtituere poſſit, ipſe vel per ſe, vel per Viſitatores ſemel in triennio omnia Congregationis Monaſteria obeat, & luſtret vno Aſſiſtentium, alterius ſcilicet Prouinciæ, (niſi graue aliquod impedimentum obſtet) & Secretario, ſimul cùm altero vel Conuerſorum, vel Donatorum adiunctis comitibus.

6 Ipſe ſibi eligat Secretarium, hominem è Vocalibus tùm fide, & taciturnitate, tùm intelligentia, & vſu, peritiaquè ſcribendi præſtantem: cuius operam promptam, & opportunam in omni literarum ſcribendarum genere ad manum habeat.

7 Si quid in Viſitatione grauius occurrerit, vt verbi gratia ſi deponendus ſit (quod auertat Deus) aliquis Monaſterij Superior, vel etiam alius quacumque de cauſa eligendus, præter Aſſiſtentem comitem, aſciſcat ſibi Conſiliarios duos Priores viciniorum Monaſteriorum, quorum aſſenſu tàm in ſupradictis

gra-

grauioribus, quàm in alijs ſimilibus decernendis vtatur: Viſitationis autem ratio ſeorsùm deſcripta dabitur.

8 Prouinciales omnia Monaſteria ſuarum Prouinciarum ſemel ſaltem tertio quoque anno viſitent, aùt ſi minùs poſſunt, ab alio idoneo viſitanda curent.

9 Abbas Generalis, quæ maioris momenti inciderint, Capitulo generali reſeruet.

10 Quæ autem ſic vrgebunt, vt dilationem non admittant, vt ſunt bonorum ſtabilium venditiones, emptiones, permutationes, emphyteuticæ locationes, & conductiones, & omnes bonorum ſtabilium alienationes, vel acquiſitiones, ædificiorum maiorum extructiones, aùt deſtructiones, fundanda noua Monaſteria, aùt oblata accipienda, Miſſarum, aùt aliorum Officiorum pia quorumcùmque fundatione in perpetuum celebrandorum acceptiones; hæc ipſe cum conſenſu Aſſiſtentium Seniorum, & Procuratoris Generalis expe-

pediat, eamque moderationem adhibeat, vt in ea, quæ ad Capitulum generale propriè pertinent, ſe non interponat: & cætera ſic gerat, vt nec autoritati Capituli iniurius, nec ſuæ poteſtatis in vniuerſam Congregationem immemor eſſe videatur.

11 Quæ decreta, aut ſancita fuerint à Capitulo generali, non ſolùm curet quàm diligentiſſimè obſeruanda: ſed etiam contra ea nihil omninò ſtatuat, vel decernat, ſub pœna nullitatis eorum, quæ ipſe contra aliquod dictorum Decretorum ſanciuerit. Parcè autem, raroquè faciat Ordinationes, & à rebus nouis abhorreat.

12 Quæ tamen fuerint ab eo ordinata, quoad eius officium durabit, vim habebunt.

13 Magna cautione, parciſſimequè cenſuris vtatur, tanquàm acriori remedio, extremis tantùm morbis adhibendo.

14 Poſſit ſibi reſeruare aliquot caſus cum Seniorum Aſſiſtentium, & Procu-

curatoris generalis conſilio, ex ijs quorum reſeruatio in Decreto Clementis Octaui fel. rec. Superioribus conceditur, aût qui præter illos iuxta facultatem in Decreto conceſſam, à Capitulo Generali fortè reſeruati fuerint, proùt ipſe ad tuendam diſciplinam opportuniùs iudicauerit, quorum omnium facultatem, quibus videbitur, poſſit impertiri.

15 Cùm proficiſcitur ad viſitationem, poſſit Vicarium relinquere, vel alterum Aſſiſtentem, vel alterum ex Viſitatoribus, aût Procuratorem Generalem, & non alios. Videat tamen, ne ſinè neceſſitate prodeat è Monaſterio ſtationis ſuæ, idemque ab alijs Superioribus diligenter obſeruandum curet.

16 Sedes, & domicilium eius ſit Monaſterium Sanctæ Pudentianæ de Vrbe, vel Sancti Bernardi eiuſdem Vrbis ad arbitrium Capituli Generalis.

17 Officium eius triennale ſit, quantum videlicet eſt intermedium tempus

duorum Capitulorum Generalium.

18 Si autem diuina benignitas huic Congregationi ſic benedixerit, vt Patrum ad regimen idoneorum copiam habeat; qui Superiores fuerint, officij ſui triennio decurſo, poſſint ad aliud triennium confirmari: poſt autem ab omni officio immunes in obedientia degant: niſi aliter Capitulo viſum fuerit. Quandò autem erit in Congregatione tanta copia Patrum ad regimen idoneorum, Capituli Generalis iudicium ſit.

19 Crimina, propter quæ prorsùs, & ſine exceptione deponentur tùm Abbas Generalis à Capitulo Generali, aùt etiam ab Aſſiſtentibus, Viſitatoribus, & Procuratore Generali coniunctis, vel alij quique Superiores ab Abbate Generali conſenſum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis adhibente, ſi in aliquod eorum (quod auertat Deus) inciderint, hæc ſunt: Carnis copulatio, vel de violata caſtitate cum altera perſona talis ſuſpicio præbita, quæ vehe-

mens,

mens, & culpabilis ab ijſdem ſupradictis iudicata fuerit, audito ipſo Superiore reo, & rei veritate duntaxàt inſpecta: Conuerſio bonorum Congregationis in rem, vel propriam, vel alienam, ſi res magni momenti fuerit Capituli Generalis iudicio. Item omne crimen, quod à Iure Ciuili capite punitur, aùt à Iure Canonico depoſitione: ſicùt in deſcriptione viſitationis ſigillatim explicabitur. Poſſint etiam quique Superiores, quantùmuis innocentes, & probi, à Capitulo Generali abſolui, vt ſuprà dictum eſt, quandòcunque Congregationis vtilitas id poſtulauerit.

20 Si Abbas Generalis antè tempus celebrandi Capituli exceſſerit è vita, aùt exercendo officio ſuo, quauis ratione, inhabilis factus fuerit; ſi quidem id antè biennium à Capitulo celebrato euenerit, conuocetur ſtatim Capitulum, vt alius eligatur. Si verò poſt biennium, expectetur tempus legitimum celebrandi Capituli: & defuncti, aùt inhabilis viri partes intereà ſuſci-

piat Senior Aſſiſtens eiuſdem Prouinciæ vſquè ad proximum Capitulum. Sitque regula generalis, vt quotieſcùnque defuerit ille, hic eius vices ſubeat, & omnia Superioris munera ſub nomine Vicarij Generalis adminiſtret, donec alius in eius, qui defuerit, locum ſuffectus fuerit. Pro ſe autem eum ſubſtituat Aſſiſtentem Seniorem, quem alterius Aſſiſtentis, Viſitatorum, & Procuratoris Generalis præſentium tantùm pluralitas vocum elegerit.

21 Volumus autem vt ij, qui Generalatus officio functi ſunt, ſubiecti Prioribus remanentes, toto eo tempore, quo à Superioritatibus vacabunt, titulo Abbatis cùm præcedentia ſupra etiam Suppriores (niſi, quando abſente Priore, officio Prioris funguntur) gaudeant, & fruantur, cum officiorum, quæ vel per hebdomadam, vel aliter committuntur, & à Capitulo culparum exemptione. Quod ſi aliquis eorum admonendus erit; Prior priuatim, ac debita reuerentia, eum corrigat. Præ-

ſato tamen Abbatis titulo, ac præeminentia, ius huiuſmodi Abbates nullum ad Capitulum Generale accedendi, niſi in Diſcretos eligantur, acquiſitum habeant: nec duo eorum hoc pacto priuilegiatorum in eodem Monaſterio commorentur.

### *De Senioribus Aſſiſtentibus*.

1 Vt in rebus gerendis nihil eſt capitalius præcipiti temeritate, ita nihil eſt ſalutarius prudenti conſilio. In quam ſententiam Sacra Scriptura, Omnia fac (inquit) cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis. Quamobrèm è re Congregationis eſſe duximus adiungere Superiori eius duos Seniores Aſſiſtentes, & Procuratorem Generalem Conſiliarios, & ſi diuina benignitate Congregatio amplificata fuerit, Aſſiſtentes quatuor ſint. Habeant ij vocem conſultiuam, non deciſiuam, præterquàm in caſibus, in quibus eorum aſſenſus in his Conſtitutionibus nomina- *Eccl.32*

tim requiritur, & in ijs, quæ ad Capitulum Generale propriè pertinentia, moramque dilationis non admittentia ab Abbate Generali definienda erunt. Eorum autem electio quomodò fieri debeat, in deſcriptione Capituli Generalis exponetur.

2 Nullus in Seniorem Aſſiſtentem, aùt Viſitatorem, vel Procuratorem Generalem omninò aſſumatur, qui priùs officium Supprioris, aùt Magiſtri Nouitiorum, vel Secretarij Abbatis Generalis per triennium non exercuerit.

3 Horum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis opera Abbas Generalis vtatur tùm in adminiſtrandis rebus Congregationis, tùm in capiendo conſilio: vt cùm in partem oneris illi impoſiti veniant, & ille hoc adminiculo ſubleuetur, & Congregatio firmiori præſidio munita perfectiùs gubernetur.

4 In eorum electione obſeruetur, vt nunquàm, quod etiam de Viſitatoribus intelligendum erit, ex eiuſdem Prouin-

uinciæ profeſſis ambo aſſumantur. Eorum autem, qui ſuperiore triennio Aſſiſtentes fuerint, alter in hoc officio ad alterum triennium confirmetur: niſi fortè videatur expedire, vt ambo ad idem munus repetantur, vel reijciantur.

5 Ad maiorem tamen tùm noui Abbatis Generalis, tùm eiuſdem Conſiliariorum informationem, vnus ſemper eorum, qui anteacto triennio fuerunt de corpore Conſilij, pro eodem Conſilio in ſequenti triennio eligatur.

6 Nolumus Abbatem Generalem, eorum ſequendis ſententijs ea neceſſitate aſtringi, vt contra eas nihil poſſit ſtatuere. Hortamur tamen, vt eorum iudicio, & prudentiæ multum tribuens, non facilè animum inducat à talibus viris diſſentire: cùm præſertim ſciat faciliùs fieri, vt vnus erret, quàm plures. Quæ autem nominatim decernimus cum conſenſu, non tantùm conſilio, fieri debere, tunc valeant, rataque habeantur, cum Abbas Generalis in eis

conſtituendis alterius trium ſupradictorum conſenſum habuerit. Quod ſi id, de quo agitur, per vota ſecreta decernendum ſit, binis ille vtatur calculis.

7 Si alter ſupradictorum antè expletum triennium diem ſuum obierit, aùt quauis ratione ad officium ſuum factus fuerit inhabilis, aùt crimen aliquod admiſerit, Abbati Generali curæ ſit, vt alius ſubrogetur; ad eamque rem conſenſum Aſſiſtentium, Viſitatorum, & Procuratoris Generalis, qui præſentes fuerint, habeat. Ac totam rem ex ſententia maioris partis conſtituat: atquè idem de Viſitatoribus, & Procuratore Generali dictum ſit. Eodem modo faciat, ſi alterius eorum præſentia, propter aliquod graue, aùt neceſſarium negotium, quod ei gerendum alibi mandauerit, diutiùs ſit cariturus.

8 Senioribus Aſſiſtentibus quantùm fieri poterit, aliud officium non imponatur. Si tamen idoneorum homi-

minum penuria poſtulet, poſſit alter eorum præfici Monaſterio, in quo habitat, àùt aliud officium ſuſcipere, quod Aſſiſtentis præcipuo muneri non ſit impedimento.

9 Si tamen Priores non fuerint, in adminiſtratione Monaſterij, in quo viuent, minimè ſe interponant, nec iuriſdictionem vllam habeant in eo nequè in ſpiritualibus, nequè in temporalibus.

10 Cum verò ipſi in Choro, & Refectorio, aùt alibi, vbi totum Monaſterium conuenire ſolet, abſente Abbate Generali, præſident; omnia ibi, præſentibus etiam quibuſcumque alijs Superioribus, præſtabunt, quæ præſtare ſolent Monaſterij Seniores, cum in abſentia Prioris, & Supprioris, in ſupradictis locis præſident.

## *De Viſitatoribus.*

1 Eligantur à Capitulo Generali duo præſtanti pietate, & prudentia Patres,

tres, qui cum Abbas Generalis iuſſerit, Monaſteria grauiter, & cum autoritate viſitent. Si autem diuina benedictione Congregatio creuerit, quatuor, aùt ſex eligantur.

2 Ij in ſua Viſitatione ſtatum omnium rerum tùm ſpiritualium, tùm temporalium cuiuſque Monaſterij perſcrutentur iuxtà formam deſcribendam. Monaſterium tamen reſidentiæ Abbatis Generalis ſinè eiuſdem mandato tàm ipſi Viſitatores, quàm Prouinciales omninò non viſitent. Quod ſi viſitandi præfatum Monaſterium facultatem obtinuerint; nec tunc cellam Secretarij Abbatis Generalis, niſi de eiuſdem Abbatis ſpeciali mandato viſitabunt. Hac tamen Conſtitutione præiudicium vllum præfatis Viſitatoribus, ac Prouinciali inferre non intendimus, quin taxatum viaticum ab eodem Monaſterio etiam non viſitato perſoluendum exigere poſſint, & valeant.

3 Viſitatores porrò (quod idem dicimus de Procuratore Generali) in-

qui-

quibus erunt Monaſterijs, Priores locales præcedant, ſintque iuriſdictioni Abbatis Generalis immediatè ſubiecti, ſigna vbicùmque præſident Aſſiſtentium ad inſtar facientes.

4 Ambo ſimul, nullo alio comite, viſitent, actaque viſitationis ipſi perſcribant. Cui rei ſi alter eorum minùs aptus fuerit, Abbas Generalis alium cum aſſenſu Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis electum in illius locum ſufficiat.

5 Quandiù viſitandorum Monaſteriorum paucitas patietur, poſſit vterque Viſitatorum alicui Monaſterio præfici. Quòd ſi maior anni pars in viſitatione ponenda erit, vel propter multitudinem Monaſteriorum, vel propter locorum interualla, quibus inter ſe diſtant, tùm fas non ſit Viſitatoribus cuiquam Monaſterio præeſſe.

6 Impenſam faciendam in viſitatione Monaſteria viſitanda ſuſtineant. Confecta viſitatione, Acta per Viſitatores ad Abbatem Generalem referantur.

*De*

*De Procuratore Generali.*

1 Cum aliquem è Patribus Congregationis conſtitui, qui in Vrbe apud Romanam Curiam negotia totius Congregationis procuret, perneceſſarium ſit, Capitulum Generale vnum ad id officium deligat, Procuratorem Generalem appellandum ex profeſſis illius Prouinciæ eligendum, ex quibus Abbas in eodem Capitulo electus non fuerit, & Romæ commoraturum. Iſque vocem proùt ſuperiùs ſtatuimus tàm conſultiuam, quàm deciſiuam eodem modo, quo Aſſiſtentes, potiatur.

2 Quæcunque literæ, facultates, aùt conceſſiones à Romana Curia in gratiam Congregationis, aùt alicuius eius Monaſterij, aùt etiam fratris cuiuſcunque impetrandæ erunt, per Procuratorem tantùm, alium prætereà neminem, petantur.

3 Is rerum grauiorum ad vniuerſam Congregationem, & ad Conſtitutiones pertinentium procurandarum, niſi

niſi à Capitulo Generali anteà celebrato facultatem receperit, ab Abbate Generali ſaltem accipiat, qui eam illi de Seniorum Aſſiſtentium conſenſu, eo etiam votante, vel tradet, vel negabit: ſi secùs fecerit, graui pœna mulctetur.

### *De Prouincialibus.*

1 Prouinciales, qui ſingulis Prouincijs ſinguli præſint, conſtituantur in Monaſterio commodiſſimo propriæ Prouinciæ commoraturi. Qui Prouinciales fuerint, non ſint Superiores cuiuſquam Monaſterij, niſi Abbati Generali in ipſo tantùm Capitulo Generali, & de Aſſiſtentium, Viſitatorum, & Procuratoris Generalis conſenſu aliter viſum fuerit.

2 In cauſis criminalibus incipiendis, promouendis, & terminandis, itemquè in Monachorum, ac fratrum mutationibus, in approbandis Confeſſarijs, & Prædicatoribus, duos viciniorum ſcilicet Monaſteriorum Superiores

riores in conſilium adhibere teneantur.

3 Nouitij tùm ad habitum, tùm ad Profeſſionem ſi recipiendi fuerint, Decreta Summorum Pontificum curent obſeruanda. In reliquis omnibus eandem omninò autoritatem, ac iuriſdictionem in ſuis Prouincijs habeant, exerceantque, quam Abbas Generalis in tota Congregatione habet, exercetque, ijs duntaxat exceptis, quæ in Conſtitutionibus eidem Abbati reſeruantur cum conſenſu ſui conſilij expedienda.

### *De Superioribus ſingulorum Monaſteriorum.*

1 Superiores ſingulorum Monaſteriorum in Capitulo Generali eligantur modo præſcripto, officiumque ſuum obtineant vſquè ad alterum Capitulum.

2 Summam curam, diligentiamque adhibeant in ſingulos ſibi commiſſos fratres, cùm ſciant eorum ſibi redden-

dam

dam eſſe rationem tùm apud Superiores, tùm apud ipſum Deum.

3 In ſeruandæ diſciplinæ ſtudio, & in præſtanda Conſtitutionibus, & Ordinationibus obedientia ſtudeant cæteros anteire: nec ab æqualitatis regula diſcedant, niſi quatenùs officij neceſſitas coegerit. Communibus exercitijs regularibus nequaquàm ſe ſubducant, eadem lege, qua cæteri fratres, aſtricti Chorum, Capitulum, Collationem Patrum, Refectorium, Dormitorium ſuis horis obeundi (niſi grauis, & neceſſaria cauſa interdum prohibuerit) ne diſciplina regularis eorum abſentia langueſcat.

4 Nullus in Abbatem, vel Priorem, aùt Superiorem Monaſterij eligatur, qui ſaltem decem Profeſſionis annos, & ætatis triginta non habuerit.

5 *Duplici debet doctrina ſuis præeſſe, &c.* Vt duplici doctrina ſuis præſint, ſingulis celebrioribus feſtis, hoc eſt, in duplicibus primæ Claſſis, itemquè in diebus Circumciſionis Domini, & Natiui-

tatis

tatis Beatæ Mariæ Virg. fratres ſui Monaſterij in Capitulo breui ſaltem concione per ſe, vel per alium ad virtutem cohortentur. Prætereà Doctrinam Chriſtianam fratribus Clericis, Conuerſis, & Donatis, alijſque ſæcularibus domeſticis, qui opus habuerint, ſemel quaque hebdomada die feſto per aliquem fratrem idoneum tradendam curent.

6 Sit ijs curæ, vt ſemel quoque menſe congregatis fratribus collatio, aùt diſputatio pia, more Sanctis Patribus olim vſitato fiat de rebus ſpiritualibus, & ſanctis; ipſique Superiores interrogantium partes agant.

7 Quomodò quiſque fratrum ſuorum tempus, & horas ſuas collocet, exquirant diligenter, atquè cognoſcant: dentquè operam, vt omnes omni tempore in officio ſint, & ambulent in ſapientia tempus redimentes: ac proptereà teneantur ſubditi ſemel ſaltem in menſe Superiorem ſuum immediatum adire de rebus ſpiritualibus tractandi cauſa.

Nul-

8 Nullum locum, aùt tempus opportunum prætermittant admonendi fratres ſuos, tùm publicè, tùm priuatim, præſertim ſi qua in re diſciplinæ ſeueritatem remolleſcere videant: vt confracta alligentur, infirma conſolidentur: ad eamque rem ſumant argumentum, quod occaſio dederit ex aliquo loco Regulæ, vel Conſtitutionum.

9 Singulis menſibus de ſtatu Monaſteriorum ſuorum faciant certiorem per literas Abbatem Generalem, aùt certè Prouincialem: & tùm de perſonis, tùm de alijs rebus grauioribus, ſi quid opus ſit, eum conſulant.

10 Si quis Superior diem ſuum obierit, aùt officio ſuo inhabilis euaſerit, aùt, quod abſit, in crimen fuerit prolapſus, Supprior cum Senioribus Monaſterij Prouincialem per literas eius rei admoneat, qui ſtatim Abbatem Generalem conſulat. Quòd ſi Prouincialis defuerit, ad ipſum Abbatem Generalem ſcribant, qui cum ſuorum Conſiliariorum conſenſu deſtituti Su-

periore Monaſterij regimini proſpiciat.

11 Crimina porrò, propter quæ deponendus erit Superior quiſque ab Abbate Generali de ſuorum Conſiliariorum conſenſu præter iam dicta ſuperiùs pag. 34. ſint etiam ſequentia.

Non fideliter iuxta has Conſtitutiones exhibita reddituum conſignatio, & pecuniarum tàm ex capſis Eccleſiæ, quàm vndequaque habitarum, ſi res magni momenti Abbatis Generalis, & ſui conſilij ſententia iudicata fuerit.

Item ea negligentia in viſitandis infirmis, & ſubueniendis tùm eis, tùm Senibus, quæ ab eodem Abbate Generali, vt ſuprà, culpabilis, & grauis iudicabitur.

Item non facta omnibus ſuis (ſi admonitus fuerit) pro feſto Sancti Andreæ debita ſingulis veſtimentorum prouiſio.

Demùm ſi ipſorum aliquis exemplaria Monaſteriorum ædificandorum, & Eccleſiarum à noſtris delineata, & de-

deſcripta, non priùs à duobus Architectonicæ artis peritis examinata, & approbata, executioni mandabit.

12 Hactenùs de iis, quæ grauiora ſunt, ad officium Abbatis Generalis, Aſſiſtentium Seniorum, Viſitatorum, Procuratoris Generalis, Prouincialium, & Superiorum cuiuſque Monaſterij pertinentia. Cæterùm, vt in domo Dei omnia quàm ordinatiſſima ſint, tùm prædictorum, tùm aliorum minorum Officialium, nempè Supprioris, Magiſtri Nouitiorum, Cellerarij, Secretarij, Infirmarij, Portarij, & cæterorum officia latiùs ſeparatim deſcribentur: vt cum quiſque quaſi ſub vno aſpectu promptum explicatumque habeat quid ſui officij ſit, in eius adminiſtratione per inſcitiam non hæſitet; ſed omnia facilè, & expeditè exequatur.

## De adhibendis ad Conſilium fratribus.

### CAPVT III.

al. quotiens

*QVoties aliqua præcipua agenda ſunt in Monaſterio, conuocet Abbas omnem Congregationem, & dicat ipſe, vndè agitur. Et audiens conſilium fratrum, tractet apud ſe*, & quod vtiliùs iudicauerit, faciat. Ideò autem omnes ad conſilium vocari diximus; quia ſæpè iuniori Dominus reuelat, quod melius eſt. Sic autem dent fratres conſilium cum omni humilitatis ſubiectione, * & non præſumant procaciter defendere, quod eis viſum fuerit: ſed magis in Abbatis pendeat arbitrio: vt quod ſalubriùs eſſe iudicauerit, ei cuncti obediant: Sed ſicut diſcipulis conuenit obedire Magiſtro; ita & ipſum prouidè, & iuſtè condecet cuncta diſponere. In omnibus igitur omnes magiſtram ſequantur regulam, neque ab ea temerè declinetur à quoquam. Nullus in Monaſterio proprij ſequatur cordis voluntatem: neque præſumat quiſquam cum Abbate ſuo proteruè, * aut foris * Monaſterio contendere. Quod, ſi præſum-

al. add. prudéter

al. add. vt

al. intus, vel foris

al. Monaſterij

al. Monaſterium

*ſumpſerit, regulari diſciplinæ ſubiaceat. Ipſe tamen Abbas cum timore Dei, & obſeruatione regulæ omnia faciat: ſciens ſe proculdubiò de omnibus iudicijs ſuis æquiſſimo iudici Deo rationem redditurum. Si qua verò minora agenda ſunt in Monaſterij vtilitatibus, Seniorum tantùm vtatur conſilio, ſicut ſcriptum eſt: Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis.* Eccl. 32

1 CONVOCET *Abbas omnem Congregationem, &c.* Omnis Congregationis nomine intelligimus non vnius alicuius Conuentus, aùt Monaſterij, ſed totius Congregationis Monachos vniuerſos, quos in Capitulis Generalibus Superiores, & Diſcreti referunt. Quæ autem pertinent ad huiuſmodi Capituli celebrationem, & ſingula in eo gerenda, poſt alias Conſtitutiones, extremo loco, ſigillatim exponentur.

2 *Quoties aliqua præcipua agenda, &c.* Horum nomine intelligimus ea, quæ ad cuiuſque Monaſterij Capitulum pertinent, vt ſunt emptiones, & venditiones, conductiones, & locationes immo-

bilium in biennium, aût triennium, elee. moſymæ ſcutatum excedentes, &c. In eis, & ſimilibus, quæ iuxta Sacros Canones ſinè Capituli conſenſu validè fieri nequeunt, decernendis, niſi huiuſmodi conſenſus per vota ſecreta habeatur, irrita ſint, nulliuſque roboris; & Superiores prætereà, qui hanc Conſtitutionem tranſgreſſi fuerint, ab Abbate Generali, vel Prouinciali, ſeù in actu Viſitationis à Viſitatoribus ad tempus pro rei grauitate ab officijs ſuſpendantur. Eadem autem in Capitulo cuiuſque Monaſterij propoſita tùm deniquè, cum maiori parti Vocalium placuerint, rata ſint, executionique mandentur: & vbi illa Vocalium ſubſcriptione indigeant, eis omnes, etiam diſcrepantes ipſi ſe ſubſcribere teneantur.

3 Mandamus autem Superioribus omnibus Monaſteriorum bona, ſeù Poſſeſſiones antè tempus præſcriptum, & locatione nondùm completa denuò locantibus, vel cenſuum fructus anticipatè exigentibus, ne ſub pœna priuationis

tionis vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, immaturas pecunias ex locationibus huiuſmodi, aùt ex alio quocumque contractu exactas, vel exigendas alicui creditorum, vel aliter in præiudicium ſucceſſoris, cui ipſæ pecuniæ debentur, ſinè licentia Abbatis Generalis de conſenſu ſuorum Conſiliariorum, & maioris partis ſui Capituli concedenda, vel aſſignent, vel alio quocumque prætextu impendant, aùt conſumant.

4 *Si qua verò minora agenda ſunt, &c.* Horum minorum nomine, ad quæ exequenda Superiori Monaſterij ſatis eſt Seniores in conſilium adhibere, intelligimus quæ leuiora, non tamèn quotidiana ſunt: cuiuſmodi eſt erogare plus capitato, ſiuè teſtone in eleemoſynam, vſquè ad ſcutati ſummam: alicui, aùt aliquibus fratrum aliquid eorum, quæ Regula, aùt Conſtitutiones iubent, ad tempus diſpenſatione remittere, & alia huiuſmodi.

5 *Seniorum tantùm vtatur conſilio, &c.*

Seniorum appellatione intelligimus præter Suppriorem cuiuſque Monaſterij, duos Sacerdotes, vbi decem Vocales ſunt, aùt vnum Sacerdotem, vbi minor eſt numerus: quos Superior tanquàm virtute, iudicio, vſuque rerum præſtantiores è Conuentu ſuo elegerit, vt eorum conſilio adiuuetur. Quibus quotieſcunque de rebus temporalibus agitur, accedat Cellerarius. Admonendi Superioris Monaſterij, cùm humana infirmitate in officio vacillat, partes ſint maioris ex Senioribus: idque modeſtè, & reuerenter faciat.

## *Quæ ſunt inſtrumenta bonorum operum.*

## CAPVT IV.

*IN primis, Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute.*

2 *Deinde, proximum tanquam ſeipſum.* Deut. 6.

*Non*

3 *Deinde, non occidere.* *Luc.* 10.

4 *Non * adulterari.* *Leuit.* 19. al. adulterare

5 *Non facere furtum.* *Exod.* 20.

6 *Non concupiſcere.* *Deut.* 5.

7 *Non falſum teſtimonium dicere.* 1. *Petri* 2.

8 *Honorare omnes homines.* *Luc.* 9.

9 *Et quod ſibi quis fieri non vult, * alij non faciat.* *Tob.* 4. al. alio ne faciat

10 ¶ *Abnegare ſemetipſum * ſibi, * vt ſequatur Chriſtum.* *Matth.* 7. al. omit. ſibi al. & ſequatur

11 *Corpus caſtigare.* 1. *Cor.* 9.

12 *Delicias non amplecti.* 2. *Petr.* 2.

13 *Ieiunium amare.* *Dan.* 1.

14 *Pauperes recreare.* *Tob.* 4.

15 *Nudum veſtire.* *Iſai.* 58.

16 *Infirmum viſitare.* *Matth.* 25.

17 *Mortuum ſepelire.* *Tob.* 1. 2.

18 *In tribulatione ſubuenire.* *Eccli.* 6.

19 *Dolentem conſolari.* *Eccli.* 7.

20 *A ſaculi actibus ſe facere alienum.* 2. *Timoth.* 2.

21 *Nihil amori Chriſti præponere.* *Matt.* 10.

22 ¶ *Iram non perficere,* *Matth.* 5.

23 *Iracundiæ tempus non reſeruare.* *Epheſ.* 4.

*Do-*

24 *Dolum in corde non tenere.* *Prou.12.*

25 *Pacem falſam non dare.* *Iob.36.*

26 *Charitatem non derelinquere.* *Pſal.27.*

al. add. omninò

27 *Non iurare,* * *ne fortè periuret.* 1. *Petri* 4.

28 *Veritatem ex corde, & ore proferre.* *Matth.*5.

29 *Malum pro malo non reddere.* *Pſal.*14. 1. *Theſ.*5.

30 *Iniuriam non facere; ſed & factam patienter ſufferre.* 1. *Cor.*6.

31 *Inimicos diligere.* *Matth.*5.

al. ſibi

32 *Maledicentes* * *ſe non remaledicere, ſed magis benedicere.* 1. *Petr.*3.

al. perſecutiones propter iuſtitiam

33 * *Perſecutionem pro iuſtitia ſuſtinere.* *Matth.*5.

34 ¶ *Non eſſe ſuperbum.* *Tob.*4.

35 *Non vinolentum.* 1. *Tim.*3.

36 *Non multum edacem.* *Eccl.*31. 37.

37 *Non ſomnolentum.* *Prou.* 20.

38 *Non pigrum.* *Prou.*24. 26.

al. murmurioſũ

39 *Non* * *murmuroſum.* *Sap.* 1.

40 *Non detractorem.* *Prou.*4.

41 *Spem ſuam Deo committere.* *Pſal.*36.

42 *Bonum aliquod in ſe cùm viderit, Deo*

appli-

*applicet, non ſibi.* Iacob 1.

43 *Malum verò ſemper à ſe factum ſciat, & ſibi * reputet.* Oſeæ 13. al. imputet

44 *Diem Iudicij timere.* Iob. 31.

45 *Gehennam expaueſcere.* Luc. 52.

46 *Vitam æternam omni concupiſcentia *ſpiritali deſiderare.* Pſal. 83. Phil. 1. al. ſpiritu-ali

47 *Mortem quotidiè antè oculos ſuſpectam habere.* Matth. 24.

48 *Actus vitæ ſuæ omni hora cuſtodire.* Deuter. 4.

49 *In omni loco Deum ſe reſpicere, pro certo ſcire.* Prou. 5.

50 *Cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad Chriſtum allidere.* Pſal. 136.

51 *Et ſeniori * ſpiritali patefacere.* Eccl. 8. al. ſpiritu-ali

52 ¶ *Os ſuum à malo, vel prauo eloquio cuſtodire.* Pſal. 33. 38.

53 *Multum loqui non amare,* Prou. 10.

54 *Verba vana, aut riſui apta non loqui.* Matth. 12.

55 *Riſum multum, aut * excuſſum non amare.* 2. Tim. 2. i. cum cachin-no

56 *Lectiones ſanctas libentèr audire.* Luc. 11.

57 *Orationi frequentèr incumbere.* Luc. 18.

*Mala*

58 *Mala ſua præterita cum lachrymis, vel gemitu quotidiè in oratione Deo confiteri; de ipſis malis de cætero * emendare.* Gal. 5.

al. add. te

59 *Deſideria carnis non perficere: voluntatem propriam * odire.* Heb. 13.

al. odiſſe

60 *Præceptis Abbatis in omnibus obedire; etiam ſi ipſe aliter (quod abſit) agat: memores * illius Dominici præcepti, quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.* Matth. 23.

al. illud Dominicum præceptum

61 *Non velle dici ſanctum antequam ſit: ſed prius eſſe, quò veriùs dicatur.* Matt. 6.

62 ¶ *Præcepta Dei factis quotidiè adimplere.* Eccli. 6.

63 *Caſtitatem amare.* 1. Tim. 5.

64 *Nullum * odire.* Leuit. 19.

al. odiſſe

65 * *Zelum, & inuidiam non habere.* Galat. 5.

al. zelum non habere inuidiam non exercere

66 *Contentionem non amare.* 2. Tim. 2.

67 *Elationem * fugere.* Pſal. 130.

al. add. & iactantiam

68 *Seniores venerari.* Leuit. 19.

69 * *Iuniores diligere.* 1. Tim. 5.

al. iuniores diligere in Chriſti amore

70 *In Chriſti amore pro inimicis orare.* Matth. 5.

*Cum*

71 * *Cum diſcordantibus ante Solis occaſum in pacem redire.* *Epheſ. 4.* al. cum diſcordante

72 *Et de Dei miſericordia nunquàm deſperare.* *Ezech. 18.*

¶ *Ecce hæc ſunt inſtrumenta artis * ſpiritualis: quæ, cùm fuerint à nobis die, noctùque inceſſabiliter adimpleta, & in die iudicij reconſignata, illa merces nobis à Domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit: quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt * eum. Officina verò, vbi hæc omnia diligenter operemur, clauſtra ſunt Monaſterij, & ſtabilitas in Congregatione.* al. ſpiritalis 1. Cor. 2 al. illum

1 Abnegare *ſemetipſum ſibi, &c.* Ad hanc ſanctiſſimam abnegationem comparandam multum conferet vnicuique, ſi ad viliora quæque, humilioraque officia ſtudioſè ſe demittat, eaſque res potiſſimùm amplectatur, quas naturæ imbecillitas, aùt propter aſperitatem, aùt propter ignominiam magis refugit; ſi tamen ad eas Superioris iuſſu vocatus fuerit.

2 *Corpus caſtigare.* In memoriam, & ve-

venerationem Dominicæ Paſſionis liceat cuique fratri ſexta quaque feria, loco & tempore à Superiore deputandis per ſpatium Pſalmi *Miſerere*, aùt circiter corpus ſuum verberibus cædere. Frequentiùs non poſſit ſine licentia Superioris.

3 *A ſæculi actibus, &c.* Rariſſimè viſitentur ſæculares, aut benefactores, præſertim mulieres: & nunquàm niſi propter magnam cauſam. Poſſint tamen benefactores, cùm neceſſarium videbitur, nec facilè prætermitti poterit hoc officium, à Superiore, vel alio de eius mandato inuiſi, præſertim in morbo: nec in eiuſmodi, aùt alia viſitatione liceat alteri fratrum ſeorsùm cum muliere loqui, niſi fratre comite vidente, & audiente.

4 Nemo cuiuſquàm negotij quantùmuis ad pietatem exercendam pertinentis procurationem ſuſcipiat ſinè Superioris ſui licentia. Nemo ſinè conceſſu Superioris ſui quicquam reſtituendum ei, cuius eſt, aùt in eleemoſynas

ero-

erogandum, aùt in alios quantùmuis pios vſus conferendum à quoquam accipiat, aùt petat. Non liceat fratri cuiquam eſſe arbitro honorario in compromiſſo, nec interponere ſe in litium, aùt controuerſiarum diremptionem.

5 Depoſitum pecuniarum, veſtium, vini, tritici, aliarumque rerum ad mercaturam pertinentium non accipiatur in Monaſterio.

6 *Orationi frequenter incumbere.* Omni tempore, Meditatio matutina per dimidiæ horæ ſpatium poſt Officium noctis fiat. Veſperi autem toto anno tantundem temporis eidem Meditationi poſt Completorium impendatur. Ad vtramque porrò hanc Meditationem trino tintinnabuli pulſu vocentur fratres.

7 *Mala præterita cum lacrymis, &c.* Ponat vnuſquiſque quotidiè, ſi minus bis poteſt, ſemel ſaltèm cum decurſo diei ſpatio iturus eſt cubitum, quartam, vel octauam certè partem horæ in conſcientia excutienda, reuocandiſque

diſque

diſque ſub iudicij, & cenſuræ ſeueritatem, quantùm facere poterit, omnibus factis, dictis, & cogitationibus ſuis illius diei: ſciens, quò frequentiùs id fecerit, eò ſibi purgatiorem animum, ac mundiorem futurum: à mundis autem corde viſum iri Deum ſpondet, ac recipit ipſa veritas.

8 *Caſtitatem amare.* Votum caſtitatis quàm ſanctè reddendum ſit Deo à Monachis, ſuperuacaneum eſt dicere, cùm ſit luce Solis clariùs. Quarè videant, vt huius cæleſtis, & angelicæ virtutis candorem ab omni labe purum, & intactum, quàm diligentiſſimè conſeruent.

al. add. Diſcipulorum al. qualis debet eſſe obedientia diſcipulorum.

## * *De Obedientia.*

## *CAPVT V.*

*PRimus humilitatis gradus eſt Obedientia ſinè mora. Hæc conuenit his, qui nihil ſibi Chriſto charius exiſtimant propter ſerui-*

*tium*

*tium ſanctum, quod profeſſi ſunt, ſeù propter metum gehennæ, vel gloriam vitæ æternæ; mox vt aliquid imperatum à maiore fuerit, ac ſi diuinitùs imperetur, moram pati neſciunt in faciendo: de quibus Dominus dicit. Obauditu auris obediuit mihi: & iterùm dicit Doctoribus: qui vos audit, me audit.* ¶ *Ergò hi tales, relinquentes ſtatim, quæ ſua ſunt, & voluntatem propriam deſerentes, mox exoccupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede iubentis vocem factis ſequuntur; & veluti vno momento prædicta magiſtri iuſſio, & perfecta diſcipuli opera in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citiùs explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit: ideò anguſtàm viam arripiunt, vndè Dominus* ait: Anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam, vt non ſuo arbitrio viuentes, vel deſiderijs ſuis, & voluptatibus obedientes; ſed ambulantes alieno iudicio, & imperio in cœnobijs degentes Abbatem ſibi præeſſe deſiderant. Sine dubio hi tales illam Domini imitantur ſententiam, qua dicit: Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me.* ¶ *Sed hæc ipſa obedientia tunc acceptabilis*

*Matt.10* *al. dicit* *Matt.7.* *Io.5.*

E

*lis erit Deo, & dulcis hominibus: ſi quod iu-*
*betur non trepidè, non tardè, non tepidè, aùt*
al. murmurio *cum * murmure, vel cum * reſponſione nolen-*
al. reſponſo *tis efficiatur. Quia obedientia, quæ maioribus*
*præbetur, Deo exhibetur. Ipſe enim * dixit:*
al. dicit *Qui vos audit, me audit.* Mat. 10 *Et cum bono animo*
*à diſcipulis præberi oportet, quia hilarem dato-*
2 Cor. 9 *rem diligit Deus. Nam cum malo animo ſi*
Ecli. 35 *obedit diſcipulus, & non ſolùm ore, * verùm*
al. omitt. verùm ** etiam in corde, ſi murmurauerit, * & ſi im-*
al. ſed *pleat iuſſionem, tamen acceptum iam non erit*
al. etiam ſed ſine, & *Deo, qui cor reſpicit murmurantis. Et pro*
*tali facto nullam conſequitur gratiam: imò*
*pœnam murmurantium incurrit, ſi non cum*
*ſatisfactione emendauerit.*

1 SVMMÆ curæ ſit omnibus quàm perfectiſſimè obedire iuſſis Superiorum, tanquàm Chriſti ipſius, ſiuè ea literis conſignata ſint, vt Conſtitutiones, Ordinationes, aliaque huiuſmodi, cuiuſcunque ſint generis: ſiuè voce tantùm, aùt etiam nutu data fuerint. Acceptoque, quod iubet Superior, ea celeritate confeſtim id perſequantur omnibus rebus relictis, vt ne literam qui-

quidem inchoatam abſoluere ſibi fas eſſe ducant. Quinetiam vbi nequè literis mandata iuſſio, nequè voce prolata, nequè nutu ſignificata erit, quid voluntati Superioris maximè conſentaneum ſit, attentè cogitent, & quibus poterunt coniecturis, & argumentis colligant, ad idque ſe accommodent. Nec maioribus tantùm obtemperent; ſed minimis etiam Officialibus in ijs, quæ ad eorum officium pertinent.

2 Præceptum Superioris, ſi de re maioris momenti, & verbis præceptiuis factum fuerit, ab eo, cui datur, genu flexo accipiatur: ſin aliter, profunda inclinatione. Quæ etiam ſufficiat, cùm fratres congregati, ſicut in Capitulo fit, ipſum illud præceptum accipient.

3 Quicquid acturi erunt, cum Superiore ſuo communicent. Ad obedientiam pertinet, vt quiſque promptus, & expeditus ſit ad officia quæque, miniſteriaque Monaſterij, & ſi quid aliud operam, & ſedulitatem Monachi

requirit. Ad ea igitur cùm primùm tintinnabulo, aùt alio quouis ſigno vocantur fratres, nulla interpoſita mora, continuò ſe conferant.

4 Si quis tardus, languidus, aùt difficilis ad obedientiam fuerit, aùt in voluntate Superioris non acquieſcens, alicuius fauore, vel auxilio cupiditatem ſuam explere conatus fuerit, aùt id in alterius gratiam tentauerit (quod in Monacho facinus indignum eſt) graui animaduerſione coërceatur.

5 Nemo, qui velit adire Abbatem Generalem, aut Prouincialem, poſſit id facere ſine eiuſdem, quem cogitat conuenire, licentia.

6 Fratres qui ad fora Eccleſiaſtica, (Sanctæ Sedis Apoſtolicæ excepto) vèl ad ſæcularia recurrere, vèl ad Capitulum Generale appellare tentauerit, vel id ſe facturos minati fuerint, vt mandatorum Abbatis Generalis executionem eludant, ipſo facto voce actiua, & paſſiua, ſi Clerici fuerint, priuati exiſtant; ſi Conuerſi, ieiunio vno in pane,

& aqua ſingulis hebdomadis per annum plectantur.

## *De Taciturnitate.* *  al. add. ſeruanda

## *CAPVT VI.*

F*Aciamus quod ait Propheta: Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: Poſui ori meo cuſtodiam, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Hic oſtendit Propheta, ſi à bonis eloquijs interdùm propter taciturnitatem * debet taceri: quantò magis à malis verbis propter pœnam peccati, debet ceſſari? Ergo, quamuis de bonis, & ſanctis * ad ædificationem eloquijs, perfectis diſcipulis, propter taciturnitatis grauitatem, rara loquendi concedatur licentia, quia ſcriptum eſt: In multiloquio non effugies peccatum. Et alibi: Mors, & vita in manibus linguæ. Nam loqui, & docere magiſtrum condecet: tacere, & audire, diſcipulo conuenit. ¶ Et ideò, ſi qua requirenda ſunt à Priore, cum omni humilitate, & ſubiectione reuerentiæ requirantur.* *

Pſ. 38. — al. debere tacere — al. & ædificationum — Pro. 10. — Pro. 14. — al. add. ne videa

tur plus loqui, quam ex. pedit al. talia eloquia

*Scurrilitates verò, vel verba ocioſa, & riſum mouentia, æterna clauſura in omnibus locis damnamus: & ad * tale eloquium diſcipulum aperire os non permittimus.*

1 ANTIQVISSIMO, ſanctiſſimoque more primorum Patrum Ordinis noſtri ſint in ſingulis Monaſterijs bina locutoria: alterum in Clauſtro, aût proximè: alterum propè Infirmitorium, vbi loquantur, quibus licentia data fuerit: Ea locutoria aperta, & patentia ſint, atquè adeò ſine oſtio. Superiores tamen in ea ſecedere non teneantur cum aliquo locuturi.

2 Vt conſtitutis locis, & temporibus ſilentij religio ſanctiùs ſeruetur, inuiolatàque ſit, ſemel in die, liceat fratribus in his locutorijs aliquod ex interuallis temporis, quibus abſunt à Choro, pio & religioſo colloquio conſumere, aût etiam iucunda per viridarium ambulatione animum relaxare: ſic tamen, vt clamor, & omnis petulantia procul abſit. His autem colloquijs ſemper interſit Superior Mona-

ſte-

ſterij, vel aliquis Seniorum.

3 Quæ ad regimen Congregationis, aùt Monaſterij ſpectant, nemo curiosè exquirat, aùt de ijs ſermonem inijciat. Sed quiſque in ſeſe tantùm intuens, & ad officium ſuum attentus quicquid de ſe, aùt alijs conſtitutum fuerit, tanquàm diuinitùs decretum æquo animo ſecurus accipiat.

4 Caueant omnes ab eo affectu, quo plerique ſolent de ſuæ nationis hominibus præclarè ſentientes, & loquentes, in alienæ nationis homines iniquiore animo procaciter inuehi. Complectantur potiùs omni charitate in Domino, laudibuſque proſequantur alienas nationes, de ſua tacentes. Atquè, vt peccandi in hoc genere præcidatur occaſio, nullus in colloquio de bellis, aùt contentionibus Principum Chriſtianorum inducatur ſermo.

5 *Scurrilitates verò, &c.* Vt omnis ludi, ludicræque leuitatis, & petulantiæ in Monaſterio remoueatur occaſio, nullo modo, nulloque tempore liceat in

vlla parte Monaſterij canes, aùt aues, aùt aliud animal ad delicias comparatum alere, aùt habere. Qui ſecùs fecerit, panis, & aquæ ieiunio plectatur, in medio Refectorio cibum capiens, donec eiuſmodi animalia eiecerit è Monaſterio.

## De Humilitate.

## CAPVT VII.

*Clamat nobis diuina Scriptura, fratres,*
Luc. 14. *dicens: Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat exaltabitur. Cùm hæc ergò dicit, oſtendit nobis, omnem exaltationem genus eſſe ſuperbiæ: quod ſe cauere Propheta indicat, dicens: Domine, non eſt exalta-*
Pſ. 130. *tum cor meum, neque elati ſunt oculi mei: Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me: Sed quid? Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam; Sicut abla-*
al. matrē ſuam *ctatus ſuper * matre ſua; ita retribues in animam meam. ¶ Vndè, fratres, ſi ſummæ humili-*

*militatis volumus culmen attingere, & ad exaltationem illam cœleſtem, ad quam per præſentis vitæ humilitatem aſcenditur, volumus velocitèr peruenire: actibus noſtris aſcendentibus ſcala illa erigenda eſt, quæ in * ſomnio Iacob apparuit, per quam ei deſcendentes, & aſcendentes Angeli monſtrabantur. Non aliud ſine dubio deſcenſus ille, & aſcenſus à nobis intelligitur, niſi exaltatione deſcendere, & humilitate aſcendere. Scala verò ipſa erecta noſtra eſt vita in ſæculo, quæ humiliato corde à Domino erigitur ad Cœlum. Latera enim * huius ſcalæ, dicimus noſtrum eſſe corpus, & animam; in * quæ latera diuerſos gradus humilitatis, vel diſciplinæ * euocatio diuina aſcendendos inſeruit.*

Gen. 28

al. ſomno

al. eiuſdem

al. quibus

al. vocatio

¶ *Primus itaque humilitatis gradus eſt, ſi timorem Dei ſibi ante oculos ſemper ponens, obliuionem omninò fugiat: & ſemper ſit memor omnium, quæ præcepit Deus: & qualitèr contemnentes Deum in * gehennam pro peccatis incidunt; & * vitam æternam, quæ timentibus Deum præparata eſt, animo ſuo ſemper * reuoluat. Et cuſtodiens ſe omni hora à peccatis, & vitijs, id eſt cogitationum, linguæ, oculorum,* ma-

al. gehenna de peccatis incendat

al. vita æterna

al. euoluat

*manuum, pedum, vel voluntatis propriæ; ſed*
*& deſideria carnis amputare feſtinet.* ¶ *Æſti-*
*met ſe homo de Cœlis à Deo ſemper reſpici om-*
*ni hora, & facta ſua in omni loco ab aſpectu*
*Diuinitatis videri, & ab Angelis Deo omni ho-*
al. nunciari. *ra * renunciari. Demonſtrat nobis hoc Pro-*
Pſ 7. *pheta, cùm in cogitationibus noſtris ita Deum*
Pſ.93. *ſemper præſentem oſtendit, dicens: Scrutans*
al. iterũ *corda, & renes Deus. Et * item: Dominus*
al. add. quoniam vanæ ſũt *nouit cogitationes hominum*. Et item dicit:*
*Intellexiſti cogitationes meas à longè: &, Quia*
Pſ.138. *cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam vt*
Pſ.75. *ſolicitus ſit circa cogitationes ſuas peruerſas, di-*
al. vtilis *cat ſemper * humilis frater in corde ſuo: Tunc*
Pſ.17. *ero immaculatus coram eo, ſi obſeruauero me*
*ab iniquitate mea.* ¶ *Voluntatem verò pro-*
*priam ita facere prohibemur, cùm dicit ſcri-*
Eccl.18 *ptura nobis: Et à voluntatibus tuis auertere.*
al. rogemus *Et item: * Rogamus Deum in oratione, vt fiat*
Matt.6 *illius voluntas in nobis. Docemur ergo meritò*
al. add. Sancta *noſtram non facere voluntatem: cùm cauemus*
al. Sacra *illud, quod dicit * Scriptura: Sunt viæ, quæ*
al. putantur ab *videntur hominibus * rectæ, quarum finis vſ-*
al. rectè *que ad profundum Inferni demergit. Et cùm*
Pro.16. & 14. *item * cauemus illud, quod de * negligentibus*
inλ.70. *di-*

*dictum eſt: Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluntatibus ſuis. In deſiderijs verò carnis ita nobis Deum credamus ſemper eſſe præſentem, cùm dicit Propheta Domino: Ante te eſt omne deſiderium meum. ¶ Cauendum ergò ideò malum deſiderium; quia mors ſecùs introitum delectationis poſita eſt. Unde Scriptura præcipit, dicens: Poſt concupiſcentias tuas non eas. Ergò, ſi oculi Domini ſpeculantur bonos, & malos; & Dominus de Cœlo ſemper reſpicit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aùt requirens Deum: Et, ſi ab Angelis nobis deputatis, quotidiè, die, noctùqs Domino * factori noſtro opera noſtra nunciantur; cauendum eſt ergò omni hora, fratres, ſicut dicit in Pſalmo Propheta: Ne nos declinantes * in malum, & inutiles factos, aliqua hora aſpiciat Deus, & parcendo nobis in hoc tempore (quia pius eſt, & expectat nos conuerti in melius) ne dicat nobis in futuro: Hæc feciſti, & tacui.*

al. pauemus
al. neglegentibus
Pſ. 52.
Pſ. 30.
Eccl. 18.
Pſ. 33.
al. ſine, ſi
al. factorum noſtrorum opera nunciantur
al. in malo
Pſ. 49.

¶ *Secundus humilitatis gradus eſt, ſi propriam quis non amans voluntatem, deſideria ſua non delectetur implere: ſed vocem illam Domini factis imitetur dicentis: Non veni facere vo-*

Io. 6.

voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me: Item
al. Voluptas, vel Volumptas dicit Scriptura: * Voluntas habet pœnam, & neceſſitas parit coronam.

¶ Tertius humilitatis gradus eſt, vt quis pro Dei amore, omni obedientia ſe ſubdat maiori: imitans Dominum, de quo dicit Apoſtolus:
Phil. 2. Factus obediens vſque ad mortem.

¶ Quartus humilitatis gradus eſt, ſi in ipſa obedientia duris, & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis iniuriis, tacita conſcientia patientiam amplectatur; & ſuſtinens non laſſeſcat, vel diſcedat, dicente Scriptura:
Mat. 10 Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus
Pſ. 27. erit. Item: Confortetur cor tuum; & ſuſtine Dominum. Et oſtendens fidelem pro Domino vniuerſa etiam contraria ſuſtinere debere, dicit
Pſ. 43. ex perſona etiam ſufferentium: Propter te morte tota die afficimur, æſtimati ſumus vt oues occiſionis. ¶ Et ſecuri de ſpe retributionis diuinæ, ſubſequuntur gaudentes, & dicen-
Rom. 8. tes: Sed in his omnibus ſuperamus, propter eum, qui dilexit nos. Et item alio loco Scri-
Pſ. 65. ptura: Probaſti nos (inquit) Deus; igne nos examinaſti, ſicut * examinatur argentum: In-
al. add. igne duxiſti nos in laqueum; poſuiſti tribulationes

in

*in dorſo noſtro. Et vt oſtendat ſub Priore debere nos eſſe, ſubſequitur dicens: Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Sed & præceptum Domini in aduerſis, & iniurijs per patientiam adimplentes, qui percuſſi in * maxillam præbent, & * aliam: Auferenti tunicam, dimittunt & pallium: * angarianti milliario, vadunt & duo: cum Paulo Apoſtolo, falſos fratres ſuſtinent, * & perſecutionem: & maledicentes ſe, benedicunt.*

al. maxilla
al alterã
Matt 5.
Luc. 6.
al. angariati
2. Cor. 11.
al omitt. perſecutionem

¶ *Quintus humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconsè commiſſa, per humilem confeſſionem Abbati non celauerit ſuo. * Hortatur nos de hac re Scriptura, dicens: Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo. Et item dicit: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius. Et item Propheta: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non * operui: Dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas Domino: & tu remiſiſti impietatem * cordis mei.*

al. Hortans nos
Pſ. 30.
Pſ 105
Pſ. 31.
al. abſcondi
al. peccati mei

¶ *Sextus humilitatis gradus eſt, ſi omni vilitate, vel extremitate contentus ſit Monachus: Et ad omnia, quæ ſibi iniunguntur, velut*

*lut operarium malum, & indignum ſe iudicet,*
al. add. ſibi *dicens * cum Propheta: Ad nihilum redactus*
Pſ. 72. *ſum, & neſciui: vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.*

¶ *Septimus humilitatis gradus eſt, ſi omnibus ſe inferiorem, & viliorem non ſolùm ſua lingua pronunciet; ſed etiam intimo cordis credat affectu, humilians ſe, & dicens cum Pro-*
Pſ. 21. *pheta: Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis: exaltatus ſum, & humiliatus, & confuſus. Et*
Pſ. 87. Pſ. 118. *item: Bonum mihi, quod humiliaſti me, vt diſcam mandata tua.*

¶ *Octauus humilitatis gradus eſt, ſi nihil agat Monachus, niſi quod communis Monaſterij Regula, vel maiorum cohortantur exempla.*

*Nonus humilitatis gradus eſt, ſi linguam ad loquendum prohibeat Monachus: & taciturnitatem habens, vſque ad interrogationem non*
Pro. 10. *loquatur, monſtrante ſcriptura. Quia in*
al. effugies *multiloquio non * effugietur peccatum, & quia*
al. dirigitur *vir linguoſus non * dirigetur ſuper terram.*

¶ *Decimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſit facilis, ac promptus in riſu, quia ſcriptum eſt:*

*eſt: Stultus in riſu exaltat vocem ſuam.* Eccl. 21

*Vndecimus humilitatis gradus eſt, ſi cùm loquitur Monachus, * leniter, & ſine riſu, humiliter, cum grauitate, vel pauca verba, & rationabilia loquatur: & non ſit clamoſus in voce, ſicut ſcriptum eſt: Sapiens verbis innoteſcit paucis.*

al. leuiter

Eccl. 20

¶ *Duodecimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſolùm corde Monachus, ſed etiam * corpore humilitatem videntibus ſe ſemper indicet, id eſt in opere, * in Oratorio, in Monaſterio, in horto, in via, in agro, vel vbicunque, ſedens, ambulans, vel ſtans, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus: reum ſe omni hora de peccatis ſuis exiſtimans; iam ſe tremendo iudicio Dei præſentari * exiſtimet: dicens ſibi in corde ſemper illud, quod Publicanus ille Euangelicus, fixis in terram oculis, dixit: Domine, non ſum dignus ego peccator leuare oculos meos ad * Cœlum. Et * iterùm cum Propheta: Incuruatus, & humiliatus ſum vſquequaque.* ¶ *Ergò his omnibus humilitatis gradibus aſcenſis, Monachus mox ad charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta * foras mittit timorem: per quam vniuerſa, quæ priùs non*

al. add. ipſo

al. add. Dei

al. æſtimet

Luc. 12.

al. Cœlos

al. item

Pſ. 118.

al. foris

Io. 1. 4.

*ſine*

*ſine formidine obſeruabat, abſque vllo labore, velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire; non iam timore gehennæ, ſed amore Christi, & conſuetudine ipſa bona, & delectatione virtutum, * quæ Dominus iam in * operario ſuo mundo à vitijs, & peccatis Spiritu Sancto dignabitur demonſtrare.*

al. Quod

al. operarium ſuum mundum

1 Si *omni vilitate, & extremitate contentus ſit Monachus, &c.* Sicut in media rerum copia periclitatur humilitas, ita in paupertate tutiſſima eſt. Quarè ſcitè ſanè dictum eſt à Chryſoſtomo, paupertatem manuductricem eſſe ad Cœlum. Colatur igitùr ea à Monacho, ſitque ei in amore, & delicijs, nec vlla, vel minima re vnquam violetur. Ac ſibi quiſque perſuadeat rerum Monaſterij ad vitæ vſum comparatarum minimam deterrimamque partem ſibi ceſſuram, vt ad patientiam, & mortificationem ſalubriter exerceatur.

2 Supellex omnis, & inſtrumenta Monachorum ſint qualia decent pauperes. Lances, patinæ, vrceoli, cæteraque menſæ vaſa ſint fictilia, aùt lignea, aùt

aùt certè ſtamnea, ſimpliciſſimique operis. Menſæ ſtructura ſimplici ternos palmos altæ, binos cum dimidio latæ, mappa ſæculari more, non ſternantur; ſed cuique fratri binæ apponantur mappulæ, vna quidem pectori admouenda, & altera ſuper menſam ſternenda cum ſimplicis artificij cultello, fuſcinula, & cochleari.

3 Breuiaria, libri, cæteraque omnia, quæ Monacho ſunt vſui, non ſint exquiſitè, aùt affabrè ornata: ſed eorum, quibus deſeruiunt, paupertatem ipſa ſpecie teſtentur. In crucibus, coronis, Agnus Dei, imaginibus & alijs huiuſmodi ſumma ſimplicitas ſeruetur. Non adhibeatur eis aurum, aùt argentum, ac ne ebur quidem: nec quicquàm eorum vnius iulij, vel illius valoris, vel ad ſummum duorum iuliorum pretium excedat. Quod ſi maioris pretij fuerit, quantùmuis ſit dono datum ab extraneis, non poſſit fratri cuiquam habendum permitti.

4 Omnia ædificia, Monaſteriaque

noſtra ſimplicis ſtructuræ ſint, commodæ tamen, atquè opportunæ ad diſciplinæ noſtræ obſeruantiam. Debet enim nobis eſſe perſuaſiſſimum, nos quò incultiùs ædificamus domos noſtras, hòc ſplendidiùs ædificare conſcientias tùm noſtras, tùm alienas: cùm ſtudium paupertatis maximum ſit Monachorum decus.

5 Nullis niſi ſimplicibus picturis, & in locis publicis, hoc eſt, Capitulo, Refectorio, Dormitorio, nec in omni eorum parte, ſed in capite tantùm, ornata ſint.

6 Sacerdotum, & Altaris miniſtrorum, aliaque Eccleſiæ, & Altarium ornamenta munda ſemper ſint, ac nitida, & deuotionem redolentia. Pyxis, Calices, Patenæ, & Oſtenſoria ipſa argentea ſint, vel auro illita, & Tabernaculum ipſum intrinſecùs ſerico ſaltem panno veſtitum ſit, & extrinſecùs inauratum.

*De*

## De Officijs diuinis in noctibus.

## CAP. VIII.

HYemis tempore, ideſt à Kalendis * Nouembris vſquè * ad Paſcha iuxta conſiderationem rationis, octaua hora noctis ſurgendum eſt; vt modicè ampliùs de media nocte pauſetur, & iam digeſti ſurgant. Quod verò reſtat poſt vigilias à fratribus, qui Pſalterij, vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiatur. A Paſcha autem vſquè ad ſupradictas * Kalendas Nouembris, ſic temperetur hora vigiliarum agenda; vt paruiſſimo interuallo, quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant, cuſtodito; mox * Matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur.

al. Nouembribus
al. in
al. omit. Calend.
al. Nouébres
Matutini à matuta hoc eſt aurora.

1 Octava hora noctis ſurgendum eſt, &c. Octauæ horæ nomine intelligimus ſecundæ partis noctis in tres partes diuiſæ horam vltimam: vt nox veterum more accepta, hoc eſt, ſpatium temporis, quod à Solis occaſu ad eius ortum ſequentis diei decurrit, in duodecim

horas inæquales diuidatur. Quarè hyberno tempore, cùm nox eſt quindecim horarum æqualium, & communium, quæ dicitur à S. Benedicto octaua noctis hora, decima erit huius ætatis horologiorum Italicorum, Gallicorum autem ſecunda cum dimidia poſt mediam noctem.

2 Fratres ad crepitaculi ſignum expergefacti continuò ſurgentes gratias Deo agant, & cùm primum vigiliarum ſignum audierint, eant alacriter in Chorum. In eum ingreſſi, ſi tranſeant antè aliquod Altare, profunda inclinatione illud venerentur; & ſi in eo Sacrum Domini corpus fuerit, id genuflectentes adorent: & cùm in ſua loca peruenerint, iterùm Altari inclinent, vt in Rituali, & ſtantes deindè pia meditatione contendant animum ſancto igne diuini amoris inflammatum ad Dei laudes ritè, religioſèque concinendas excitare, donec ſignum poſtremum Officij detur. Ritus & cærimoniæ toto diuino Officio tùm diurno, tùm noctur-

no ſeruandæ petantur è Rituali nouo ad antiquiſſimam conſuetudinem Ordinis noſtri, quantùm fieri potuit, accomodato.

3 A Choro, publicaque recitatione diuini Officij nemo abſit, niſi iuſto impedimento prohibitus de Superioris licentia. Ijque maximè adeſſe ſemper ſtudeant, quorum aliqua propria functio eſt, vel officium in Choro. Qui autem abſuerit, det operam, vt in Choro, vel loco certè alio, qui ſacram precationem deceat, & euagationi animi occaſionem non præbeat, Officium recitet.

4 *Vt iam digeſti ſurgant.* A Paſcha ad Kalendas Octobris non liceat cuiquam, cùm poſt Completorium itum eſt in Dormitorium, ſuprà horæ ſpatium vigiliam producere: nec reliquo anni tempore ſupra duas horas, niſi Superior id nominatim conceſſerit.

al. Quāti
al. ſint in

## *Quot * Pſalmi dicendi * ſunt nocturnis Horis.*

## CAP. IX.

Ps. 69.
HYemis tempore, præmiſſo in primis verſu, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina: In
Ps. 50.
ſecundo ter dicendum eſt, Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Cui ſubiungendus eſt tertius Pſalmus, & Gloria. Poſt hunc Pſalmus nonageſimus quartus cum Antiphona, aut certè * decantandus. Indè
al. decantando
i. Hymnus
ſequatur * Ambroſianum: Deindè ſex Pſalmi cum Antiphonis. Quibus dictis, dicto verſu, benedicat Abbas. Et ſedentibus omnibus in ſcamnis, legantur viciſſim à fratribus in codi-
i. legile pulpitū
ce ſuper * analogium tres Lectiones: inter quas tria Reſponſoria canantur. Duo Reſponſoria ſinè Gloria dicantur. Poſt tertiam verò Lectio-
al. Gloriam
nem, qui cantat, dicat * Gloria. Quam dum incipit cantor dicere, mox omnes de ſedilibus ſuis ſurgant ad honorem, & reuerentiam Sanctæ Trinitatis. ¶ Codices autem legantur

in

*in vigilijs diuinæ autoritatis, tàm veteris Teſtamenti, quàm noui: ſed & expoſitiones earum, quæ à nominatiſſimis Doctoribus orthodoxis, & catholicis Patribus factæ ſunt. Poſt has verò tres lectiones, cum Reſponſorijs ſuis ſequantur reliqui ſex Pſalmi cum Alleluia canendi. Poſt hos lectio Apoſtoli ſequatur, ex *corde recitanda, & verſus, & ſupplicatio Litaniæ, id eſt, Kyrie eleiſon: & ſic finiantur vigiliæ nocturnæ.* i. memoriter

## * *Qualiter Æſtatis tempore agatur nocturna laus.* al. coniungunt hoc Cap. cum ſuperiori

## C A P. X.

*A Paſcha autem vſquè ad Kalendas * Nouembris, omnis (vt ſuprà dictum eſt) pſalmodiæ quantitas teneatur: excepto quòd Lectiones in codice, propter breuitatem noctium, minimè legantur: ſed pro ipſis tribus Lectionibus vna de veteri Teſtamento memoritèr dicatur, quam breue Reſponſorium ſubſequatur, & reliqua omnia (vt dictum eſt) impleantur:* al. Noućbres

F 4 *ideſt,*

*ideſt, vt nunquàm minus à duodecim Pſalmorum quantitate ad Vigilias nocturnas * dicatur: exceptis tertio, & nonageſimo quarto Pſalmo.*

al. dicantur

## *Qualiter Dominicis diebus Vigiliæ agantur.*

## C A P. X I.

*Dominico die * temperiùs ſurgatur ad Vigilias. In quibus Vigilijs teneatur menſura, ideſt, modulatis (vt ſuprà * diſpoſuimus) ſex Pſalmis, & Verſu, reſidentibus cunctis diſpoſitè, & per ordinem in ſubſellijs, legantur in codice (vt ſuprà diximus) quatuor Lectiones cum Reſponſorijs ſuis, vbi tantùm in quarto Reſponſorio dicatur, à cantante, Gloria, quam dum incipit, mox omnes cum reuerentia ſurgant. Poſt quas Lectiones ſequantur ex ordine alij ſex Pſalmi cum Antiphonis, ſicut anteriores, & * Verſu. Poſt quos iterùm legantur aliæ quatuor Lectiones cum Reſponſorijs ſuis ordine quo ſuprà. Poſt quas * dicantur tria Can-*

al. temporius

al. diximus

al. verſus

al. add. iterum

*Cantica* * *de Prophetis, quæ inſtituerit Abbas: quæ Cantica cum Alleluia pſallantur. Dicto etiam Verſu, & benedicente Abbate, legantur aliæ quatuor Lectiones de nouo Teſtamento, ordine quo ſuprà.* ¶ *Poſt quartum autem Reſponſorium incipiat Abbas Hymnum, Te Deum laudamus, quo* * *perdicto, legat Abbas Lectionem de Euangelio cum honore, &* * *tremore ſtantibus omnibus. Qua perlecta, reſpondeant omnes, Amen. Et ſubſequatur mox Abbas Hymnum, Te decet laus. Et data benedictione, incipiant Matutinos. Qui ordo vigiliarum omni tempore, tam Æſtatis, quàm Hyemis æqualitèr in die Dominico teneatur: Niſi fortè (quod abſit) tardiùs* * *ſurgant,* * *& aliquid de Lectionibus breuiandum eſt, aut Reſponſorijs. Quod tamen omninò caueatur, ne proueniat. Quod ſi contigerit, dignè indè ſatisfaciat Deo in Oratorio, per cuius euenerit neglectum.*

al. Prophetarũ

al. dicto

al. timore

al. ſurgatur

al. quia tunc

*Quo-*

al. coniúgunt hoc cap. cum ſuperiore
al. Qualiter

## * *Quomodo Matutinorum ſolemnitas agatur.*

## C A P. X I I.

IN *Matutinis Dominico die in primis dicatur ſexageſimus ſextus Pſalmus ſinè Antiphona * indirectum. Poſt quem dicatur quinquageſimus * cum Alleluia. Poſt quem dicatur centeſimus ſeptimus decimus, & ſexageſimus ſecundus. Indè * benedictiones, & laudes: lectio vna de * Apocalypſi * ex corde, & Reſponſorium, & Ambroſianum, Verſus, * Canticum de Euangelio, Litaniæ: & completum eſt.*

i. ſine cantu
al. add. Pſalmus
i. Cantic. Benedicite, & laudate Dominú de Cœlis
i. Cap.
i. memoriter
i. Cantic. Benedictus
al. Matutinæ

## *Qualiter priuatis diebus * Matutini agantur.*

## C A P. X I I I.

DIebus *autem priuatis Matutinorum ſolemnitas ita agatur, vt ſexageſimus ſextus*

tus Pſalmus dicatur ſinè Antiphona, * ſubtrahendo modicè ſicut in Dominica: vt omnes occurrant ad quinquageſimum, qui cum Antiphona dicatur. Poſt quem alij duo Pſalmi * dicantur ſecundùm conſuetudinem: ideſt, ſecunda feria quintus, & trigeſimus quintus. Tertia feria, quadrageſimus ſecundus, & quinquageſimus ſextus. Quarta feria, ſexageſimus tertius, & ſexageſimus quartus. Quinta feria, octogeſimus ſeptimus, & octogeſimus nonus. Sexta feria, ſeptuageſimus quintus, & nonageſimus primus. Sabbato autem, centeſimus quadrageſimus ſecundus, & Canticum Deuteronomij, quod diuidatur in duas Glorias. Nam cæteris diebus Canticum vnumquodque die ſuo ex Prophetis, ſicut pſallit Eccleſia Romana, dicatur. ¶ Poſt hæc ſequantur laudes; deindè * lectio vna Apoſtoli memoritèr recitanda; Reſponſorium, Ambroſianum; Verſus, Canticum de Euangelio, Litaniæ, & completum eſt. Planè agenda Matutina, vel Veſpertina non tranſeat aliquando, niſi in vltimo ordine * Oratio Dominica omnibus audientibus dicatur à Priore propter ſcandalorum ſpinas, quæ oriri ſolent *: vt * conuenti per ipſius

i protrahendo, moroſe

al. dicuntur,

i. Nox præceſſit

i. Pater noſter

al. ad. in Monaſt.

nõ legas conuicti

*ipſius orationis ſponſionem, qua dicunt dimitte nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris, purgent ſe ab huiuſmodi vitio. Cæteris verò agendis, vltima pars eius orationis dicatur: vt ab omnibus reſpondeatur, Sed libera nos à malo.*

al. coniũgunt hoc cap. cum anteced.

## * *Qualiter in natalitijs Sanctorum agantur vigiliæ.*

## *CAP. XIV.*

*IN Sanctorum verò feſtiuitatibus, vel omnibus ſolemnitatibus, ſicut diximus Dominico die agendum, ita * agatur: excepto quod Pſalmi, aùt Antiphonæ, vel Lectiones ad ipſum diem pertinentes dicantur. Modus autem ſuprà ſcriptus teneatur.*

i. celebretur

1 SVPERIORIBVS quibuſquè Monaſteriorum curæ ſit, vt dies feſti indicti, & à S. Sede Apoſtolica in poſterùm indicendi celebrentur.

*Qui-*

## * *Quibus temporibus dicatur Alleluia.*

al. hoc cap. etiã coniungunt cũ ſuperiori

## *CAP. XV.*

*A Sancto Paſcha vſquè * ad Pentecoſten ſinè intermiſſione dicatur * alleluia, tàm in Pſalmis, quàm in Reſponſorijs. A Pentecoſte autem vſquè ad caput Quadrageſimæ, omnibus noctibus cum ſex poſterioribus Pſalmis tantùm ad nocturnos dicatur. Omni verò Dominica extrà Quadrageſimam Cantica, Matutini, Prima, Tertia, Sexta, Nonaque cum alleluia dicantur. Veſpera * verò cum Antiphona: Reſponſoria verò nunquàm dicantur cum Alleluia, niſi à Paſcha vſquè ad Pentecoſten.*

al. fine à ad alleluia, vox Heb. laudate Deum ex הלל & יה

al. iam

*Alleluia*, ne à S. Romana Eccleſia diſcrepemus, eo tempore, & ijs locis duntaxat dicatur, quibus in Breuiario, & Miſſali Monaſticis dici præcipitur.

*Qua-*

## *Qualiter diuina opera per diem agantur.*

## *CAP. XVI.*

Pſ. 17. *VT ait Propheta, Septies in die laudem dixi tibi. Qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur, ſi * Matutinæ, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, * Veſperæ, Completorijque tempore, noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus; quia de his Horis diurnis * dixit: Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis Vigilijs idem ipſe Propheta ait: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Ergò his temporibus referamus laudes Creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ: ideſt, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Completorio, & nocte ſurgamus ad confitendum ei.*

al. matutini

al. veſperi

al. dicit Propheta

1 In triplici Officio decantando hoc eſt, Regulæ, Beatiſſimæ Virginis, & Defunctorum, forma, & ritus in Breuiario Monaſtico Pauli Quinti Sanctæ

ctæ mem. præſcripti, & ſeruato Decreto Sacræ Congregationis Rituum ſub die 23. Iulij 1661. emanato, omninò obſeruentur.

2 Officium Beatiſſimæ Virginis cantu, qui dicitur indirectum, ſemper canatur: itemque Officium Defunctorum, præterquàm in maioribus Anniuerſarijs, & pro præſenti Defuncto, in quibus cantetur ad præſcriptum Ritualis lib. 1. cap. 30.

3 Tertia, & Sexta ſimul, & coniunctim in vnoquoque Monaſterio, ieiuniorum diebus recitari poſſint.

4 Conuerſi, quorum in operis, & miniſterijs temporalibus Monaſterij verſatur officium, Horarum Canonicarum penſum per Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ certo numero definitam repetitionem perſoluant. Ac pro Vigilijs quidem, aùt Nocturnis dicant viginti *Pater noſter*, totidemque *Aue Maria*, pro Laudibus, & Veſperis, dena, pro reliquis ſingulis Horis, quina. Sed diebus Dominicis, & Feſtis, quibus

ab

ab opere ceſſatur, duplicato penſo dicant ad Nocturnos quadraginta *Pater*, *& Aue*. Reliqua officia non duplicent.

5 Conuerſi, diebus Dominicis, & Feſtis, quibus vacatur, conueniant ad omnes Horas Canonicas, tùm diurnas, tùm nocturnas in locum ſibi extrà Chorum conſtitutum: vbi profeſſione antiquiori curæ ſit alios interim in officio, diſciplinaque continere. Cæteris diebus ad Nocturnos, Laudes, & Completorium tantùm conueniant in dictum locum. Reliquarum autem horarum preces, cùm earum tempus inciderit, vbicunque ſunt in opere ſuo, genibus flexis antè aliquod Oratorium, quantùm fieri poterit, perſoluant: nec eas propter vllum opus, aùt negotium non penitùs neceſſarium differant.

6 Ad Antiphonam finalem poſt Completorium decantandam, & Meditationem ſubſequentem ijdem Conuerſi, & ipſi Donati, ſi poſſit fieri (de quo Superioris iudicium ſit) quàm diligentiſſimè conueniant, Aqua benedicta

poſt

poſt à Præſide Chori aſpergendi, & rectà cubitum cum ſilentio ituri. Sin autem Donati ad prædictam Antiphonam venire non poterunt, at Aquæ benedictæ aſperſioni ſemper adſint.

## * *Quot Pſalmi per eaſdem horas * canendi ſunt.*

al. Quanti
al. dicendi

## *CAP. XVII.*

*IAm de Nocturnis, vel Matutinis digeſſimus ordinem pſalmodiæ: nunc de ſequentibus horis videamus. Prima hora dicantur Pſalmi tres * ſingillatim, & non ſub una Gloria. * Hymnus eiuſdem Horæ; poſt Verſum Deus in adiutorium meum intende antequàm Pſalmi incipiantur. Poſt expletionem verò trium Pſalmorum, recitetur lectio una, Verſus, & Kyrie eleiſon: & Miſſæ ſint. Tertia verò, Sexta, & Nona, eodem ordine * celebretur oratio: id eſt Verſus: Hymni earundem Horarum, ternî Pſalmi, Lectio, Verſus, Kyrie eleiſon, & Miſſæ ſint. Si maîor Congre-*

al. ſingulatim
al. Hymnum
al. celebrantur

al. add. dicantur *gatio fuerit, cum Antiphonis :* * *ſi verò minor, in directum pſallantur.* ¶ *Veſpertina autem ſynaxis quatuor Pſalmis cum Antiphonis ter-*
al. add. Apoſtoli *minetur, poſt quos Pſalmos* * *lectio recitanda eſt : inde Reſponſorium, Ambroſianum, Ver-*
al. Letaniæ *ſus, Canticum de Euangelio,* * *Litania, & Oratio Dominica, & fiant miſſæ. Completo-rium autem trium Pſalmorum dictione termi-*
al. directaneè *netur. Qui Pſalmi* * *directaneè ſine Antipho-na dicendi ſunt : Poſt quos hymnus eiuſdem Horæ, Lectio vna, Verſus, Kyrie eleiſon,* *
al. benedictione al. add. poſt *benedictio : &* * *Miſſæ fiant.*

al. ſine ipſi

## *Quo ordine* * *ipſi Pſalmi dicendi ſunt.*

## CAPVT XVIII.

al. omitt. ſemper diurnis horis IN *primis,* * *ſemper diurnis Horis, dicatur Verſus : Deus in adiutorium meum inten-de : Domine ad adiuuandum me feſtina, & Glo-*
al. cuiuſque i. quatuoroctonarij *ria. Inde Hymnus* * *vniuſcuiuſque Horæ. Deindè prima Hora Dominica dicenda,* * *qua-tuor Capitula Pſalmi centeſimi octaui decimi di-*

*dicantur. Reliquis verò Horis, id eſt, Tertia, Sexta, * & Nona, terna capitula * ſupraſcripti Pſalmi centeſimi octodecimi dicantur. Ad Primam autem ſecundæ feriæ, dicantur tres Pſalmi, id eſt, primus, ſecundus, & ſextus. Et ita per ſingulos dies ad Primam vſquè * ad Dominicam dicantur per ordinem terni Pſalmi, vſquè ad nonumdecimum Pſalmum. Ita ſanè, vt nonus Pſalmus, & ſeptimus decimus, * diuidantur in binas Glorias. * Et ſic fiat, vt ad Vigilias * Dominica ſemper à vigeſimo incipiatur. ¶ Ad Tertiam verò, Sextam, & Nonam ſecundæ feriæ, nouem Capitula, quæ reſidua ſunt de centeſimo decimo octauo Pſalmo, ipſa terna * per eaſdem Horas dicantur. Expenſo igitur Pſalmo centeſimo octauo decimo duobus diebus, id eſt * Dominica, & ſecunda feria, tertia feria, iam ad Tertiam, Sextam, vel Nonam pſallantur terni Pſalmi à centeſimo nono decimo vſquè ad centeſimum vigeſimum ſeptimum, id eſt, Pſalmi nouem. Quique Pſalmi ſemper vſquè ad Dominicam, per eaſdem Horas itidem repetantur. Hymnorum nihilominùs, Lectionum, vel Verſuum diſpoſitione vniformi, cunctis diebus ſeruata. Et*

al. vel loco & al ſupradicti

al. ſine ad

al. partiantur

al. & ſic fit

al. Dominicas

al. add. capitula

al. Dominico

al. ſine, vt *ita ſcilicet, * vt ſemper Dominica à centeſimo octauo decimo incipiatur. ¶ Veſpera autem quotidiè quatuor Pſalmorum modulatione canatur. Qui Pſalmi incipiantur à centeſimo nono vſquè ad centeſimum quadrageſimum ſeptimum: exceptis his, qui in diuerſis horis ex eis ſequeſtrantur, ideſt à centeſimo ſeptimo decimo*
al. vigeſimum *vſquè ad centeſimum * viceſimum ſeptimum, & centeſimo trigeſimo tertio, & centeſimo quadrageſimo ſecundo. Reliqui omnes in Veſpera dicendi ſunt. Et quia minus veniunt tres Pſalmi: ideo diuidendi ſunt, qui in numero ſupra-*
l. prolixiores al. trigeſimus *ſcripto * fortiores inueniuntur, ideſt, centeſimus * triceſimus octauus, & centeſimus quadrageſimus tertius, & centeſimus quadrageſimus quartus. Centeſimus verò ſextus decimus, quia paruus eſt, cum centeſimo quinto decimo coniungatur. Digeſto ergò ordine Pſalmorum Veſpertinorum, reliqua, ideſt, Lectiones, Reſponſoria, Hymni, Verſus, vel Cantica, ſi-*
al. Completorios *cut ſuprà taxauimus, impleantur. Ad * Completorium verò quotidiè ijdem Pſalmi repetantur, ideſt, quartus, nonageſimus, & centeſi-*
al. trigéſimus *mus * triceſimus tertius. ¶ Diſpoſito ordine Pſalmodiæ diurnæ, reliqui omnes Pſalmi, qui ſu-*

*ſuperſunt æqualiter diuidantur in ſeptem noctium * vigilijs, partiendo ſcilicet, qui inter eos prolixiores ſunt Pſalmi, & duodecim per vnamquamque conſtituantur noctem. Hoc præcipuè commonentes, vt ſi cui fortè hæc diſtributio Pſalmorum diſplicuerit, ordinet, ſi meliùs aliter iudicauerit: dùm omnimodis id attendatur, vt omni hebdomada Pſalterium ex integro numero centum quinquaginta Pſalmorum pſallatur: Et Dominico die ſemper à capite repetatur ad Vigilias: quia nimis iners deuotionis ſuæ ſeruitium oſtendunt Monachi, qui minus * Pſalterio cum Canticis conſuetudinarijs per ſeptimanæ circulum pſallunt: * cùm legamus ſanctos Patres noſtros vno die hoc ſtrenuè * impleuiſſe, quod nos tepidi vtinam ſeptimana integra perſoluamus.*

al. vigilias

ſeruanda

al. à pſalterio

al. dum quando legamus

al. impleſſe

## *De diſciplina pſallendi.*

## *CAP. XIX.*

*VBiquè credimus diuinam eſſe præſentiam, & oculos Domini in omni loco ſpecula-*

*ri bonos, & malos: maximè tamen hoc ſine aliqua dubitatione * credamus, cùm ad opus diuinum aſſiſtimus. Ideò ſemper memores ſimus, quod ait Propheta: Seruite Domino in timore: Et iterum pſallite ſapienter. Et, In conſpectu Angelorum pſallam tibi. Ergò conſideremus, qualiter oporteat * nos in conſpectu Diuinitatis, & Angelorum * eius eſſe: Et ſic ſtemus ad pſallendum, vt mens noſtra concordet voci noſtræ.*

al. credimus

Pſ. 2. Pſ. 46. Pſ. 137.

al. ſine, nos

al. ſine, eius

1 Ad diuini cuiuſque Officij celebrationem, ne qua ex parte claudicet, iuxtà præſcriptum Breuiarij Monaſtici, & Ritualis ritè dirigendam, in omni Congregationis Monaſterio eligatur ab eius Superiore Præfectus cærimoniarum, idem videlicet qui Cantor: cui id officium ſedulò gerenti omnes in eo genere obediant.

2 In Pſalmis, Canticis, Hymnis, Antiphonis, & cæteris ad Officium, & Miſſam ſpectantibus cantandis, Cantus Gregorianus, & Ordinis noſtri adhibeatur, ſeruatis, quæ præcepta ſunt à Diuo Bernardo ſerm. 47. in Cantica

Can-

Canticorum, & ad Manualis Chori, & Ritualis præſcriptum.

3 Regulæ Officium aliquantò grauiùs, & lentiùs cantetur, quàm Beatiſſimæ Virginis: & hoc lentiùs, quàm Officium Defunctorum. Quod tamen ipſum diſtinctè, & cum aliqua reſpiratione, vel pauſa in medio quoque verſu pronuncietur. Diebus verò Dominicis, & Feſtis, præſertim ſolemnioribus, in regularis, & Beatiſſimæ Virginis Officij decantatione maior etiam lentitudo ſolito adhibeatur.

4 In nulla diuini Officij, aùt Miſſarum parte liceat cantu figurato, aùt ſymphoniaco, vel muſico, aùt quouis alio genere muſici Inſtrumenti vti, longiſſimèque abſint hæc omnia à Monaſterijs noſtris, nec in ea re diſpenſari poſſit. Permittitur tamen in Eccleſijs noſtris, Diuinorum Officiorum tempore, Organorum vſus ad formam Ritualis, & non alio modo.

al. conneƈtūt hoc cap. cum anteced.

## * *De reuerentia orationis.*

## CAP. XX.

*SI cùm hominibus potentibus volumus aliqua ſuggerere, non præſumimus, niſi cum humilitate, & reuerentia: quanto magis Domino Deo vniuerſorum, cum omni humilitate, & puritatis deuotione ſupplicandum eſt? Et non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lacrymarum nos exaudiri ſciamus. Et ideò breuis debet eſſe, & pura oratio; niſi fortè ex affectu inſpirationis diuinæ gratiæ protendatur. In Conuentu tamen, omninò breuietur oratio, & facto ſigno à Priore, omnes pariter ſurgant.*

1 CVM *omni puritatis deuotione, &c.* Ne per aſpectum extraneorum animus per ſe ipſum ſatis lubricus, & mobilis ab oratione, & pijs meditationibus ad inania auocetur, non admittantur extranei in Choros Monaſteriorum noſtrorum tempore, quo celebratur diui-

num

num Officium, nec intrà cancellos Altaris, niſi Religioſi, & Clerici.

## *De Decanis Monaſterij*.

## CAP. XXI.

*SI maior fuerit Congregatio, eligantur de ipſis fratres boni teſtimonij, & ſanctæ conuerſationis, & conſtituantur Decani: qui ſolicitudinem gerant ſuper Decanias ſuas in omnibus, ſecundum mandata Dei, & præcepta Abbatis ſui. Qui Decani tales eligantur, in quibus ſecurus Abbas partiatur onera ſua. Et non eligantur per ordinem, ſed ſecundum vitæ meritum, & ſapientiæ doctrinam. * Quod ſi quis ex eis aliqua fortè inflatus ſuperbia, repertus fuerit reprehenſibilis, correptus ſemel, & iterùm, atque tertiò, ſi ſe emendare noluerit deijciatur: & alter in loco eius, qui dignus eſt, ſubrogetur. Et de Præpoſito, eadem conſtituimus.* al. Quiqz Decaniſ ex eis

1 SI *maior fuerit Congregatio, &c.* In noſtris Monaſterijs regendis ſufficiat

poſt

poſt Superiorem Prior in Abbatijs: in Prioratibus verò poſt Priorem Supprior ex ſacerdotibus ſemper eligendi.

2 *Secundùm vitæ meritum, & ſapientiæ doctrinam.* Etſi probitati, & ſanctimoniæ quantauis doctrina, aùt eruditio ne comparari quidem poteſt: cùm tamen illi ex hac multum roboris, & præſidij accedere ſoleat, vt noſtris ad ſuæ ſalutis, & alienæ rem feliciter gerendam in Domino, nullum genus auxilij deſit, operæpretium viſum eſt, hoc etiam doctrinæ adiumentum illis tradere. Quarè præter ſtudia Grammatices, in qualibet Prouincia adminus vnum ſit Monaſterium, in quo Nouitij non ſint, ſtudijs deputatum, vbi legantur ſcientiæ Philoſophiæ, vel Sacræ Theologiæ ijs, quos Abbas Generalis, vel Prouincialis de ſuorum conſilio reſpectiuè ad id idoneos iudicauerint.

3 Monachis ſtudijs literarum vacaturis immunitas ab opere manuum concedatur: à communibus tamen exercitijs regularibus Chori, Coquinæ, &

Le-

Lectoris menſæ nequaquàm immunes exiſtant.

4 Lectores Theologiæ, ac Philoſophiæ ſicut, & Prædicatores, cùm actu legunt, vel concionantur, à Diuinis officijs, alijſque regularibus exercitijs nonnullis, prout in Rituali, excuſentur: & tàm Lectores, quàm Studentes ea omnia, quæ in eodem Rituali pro ſtudijs ſtatuta ſunt, omninò obſeruent.

5 Statuimus etiàm, vt ad vtilitatem tùm promotorum ad Ordines, tùm promouendorum vno, aùt altero die cuiuſque hebdomadæ ratio Fidei articulorum, Sacramentorum Eccleſiæ, Decalogi, aliorumque eiuſmodi ſimplici, minimèque curioſa explicatione tradatur. Sacerdotes deniquè ad ſcientiam Caſuum conſcientiæ vno, & altero minimùm die cuiuſque hebdomadæ informentur. Omnibus autem in vniuerſum, maximèque ijs, qui linguæ latinæ ſtudebunt, omni librorum obſcœnorum, aùt inania tractantium lectione interdicimus.

Con-

6 Conuerſi nullo pacto literis operam dent, aùt id ſibi concedi petant. Qui tamen eorum expeditè legere ſciuerint iis præter libellum de Doctrina Chriſtiana; & Horas Beatiſſimæ Virginis, alius tantùm liber ſpiritualis concedi poſſit. Qui eorum plus in hoc genere ſibi aſſumpſerit, ieiunio panis, & aquæ vnum diem mulctetur, aùt aliter puniatur arbitrio Superioris.

7 *Quod ſi quis forte ex eis, &c.* Superior Monaſterij ſi quem ſuorum propter ſcientiam, exiſtimationem, nomen, aùt etiam officium, & munus grauius, quo fortè fungitur, aùt propter aliam quamcumque cauſam ſibi placere, & ſuperbia efferri animaduerterit: aùt propter naturæ, vel ingenij eius propenſionem ad inanem gloriam, periculum eſſe viderit, ne in id vitium incidat, omnem rationem prudenter ineat, qua malo vel orto medeatur, vel orienti occurrat, & ſaluti fratris, & Congregationi (cuius in humilitate, & contemptu omnis humanæ gloriæ ſum-

mum

mum decus, & dignitas eſt) proſpiciat atquè conſulat. Quinetiam, ſi neceſſe eſſe viderit, eum, qui propter officium ſeſe inſolenter effert, de officio deijciat.

## *Quomodò dormiant Monachi.*

## *CAP. XXII.*

*SInguli per ſingulos lectos dormiant. Lectiſternia pro modo conuerſationis, ſecundùm * diſpenſationem Abbatis ſui, * ſinguli accipiant. Si poteſt fieri, omnes in vno loco dormiant: Sin autem multitudo non ſinit: deni, aut viceni, cum Senioribus, * qui ſuper eos ſoliciti ſint, pauſent. Candela iugiter in eadem cella ardeat vſquè mane. ¶ Veſtiti dormiant, & cincti cingulis, aut funibus, & cultellos ad * latus non habeant, dum dormiunt; ne fortè per * ſomnum vulnerentur dormientes, & vt parati ſint Monachi ſemper, & facto ſigno abſquè mora ſurgentes, feſtinent inuicem ſe præuenire ad opus Dei, cum omni tamen grauitate, & mo-*

al. ſingula lecta

i. diſtributionē

al ſine, ſinguli

al. add. ſuis;

al. latus ſuum

al. ſomnium

*& modeſtia. Adoleſcentiores fratres iuxtà ſe*
al. lecta *non habeant * lectos, ſed permixti ſint cum Senioribus. Surgentes verò ad opus Dei, inuicem ſe moderatè cohortentur, propter ſomnolentorum excuſationes.*

1 SINGVLI *per ſingulos lectos, &c.* Vt & honeſtati, & ſtudio Sanctæ Orationis ſolitudinem amantis eadem opera ſeruiatur, ſtatuimus, vt in poſterùm, vſitato alijs Religionibus more, noſtrorum Monaſteriorum Dormitoria in Cellulas diſtincta ſint. Singulis fratribus ſingulæ cellulæ ſint, exceptis Nouitijs, & nouis Profeſſis, qui quandiù Magiſtro Nouitiorum ſuberunt, vnicam maiorem cellam lectis vnicuique ſeparatim aſſignandis diſtinctam habeant vniuerſi.

2 Cella cuiuſque Monachi palmos romános ſexdecim circiter in longitudine, quindecim verò circiter in latitudine non excedat, & alta proportionabiliter ſit. Feneſtra palmis quinque cum dimidio circiter alta ſit, & lata circiter tribus. Cellulæ oſtium ſit palmos

mos nouem altum, & quatuor circiter latum, claui vtiquè ad excludendos ſæculares obſerandum, ita tamen, vt Superior communis clauis opera illud aperire poſſit, & cellam ingredi, cùm expedire iudicauerit. Superiorum nihilominùs, Magiſtri Nouitiorum, & Secretarij Abbatis Generalis cellulæ poſſint claui peculiari obſerari.

3 Cellula quæque habeat in ſuperiore parte oſtij ſui foramen rotundum, tabella facilè mobili extrinſecùs coopertum: nimirùm vt per id foramen frater cellula ſua incluſus poſſit conſpici à Superiore, vel Superioribus, quibus tantùm hoc concedimus: vt quid agat frater, ſtudijs ne ſpiritualibus vacet, an otio fortè langueat, ſcire poſſint: nec quiſquam id foramen intùs occludere, aùt aperire audeat. Qui contrà fecerit, ieiunium panis, & aquæ per vnum diem in medio Refectorio ſubeat. Tabellæ autem ſupradictæ affixa ſit imago Sancti alicuius in charta depi-

cta,

cta, ex quo Sancto cellula nomen accipiat.

4 Sicut cellulæ Dormitorij ſimiles inter ſe, & vniformes eſſe debent, ſit etiam ſupellex ipſarum prorsùs vniformis, vt in omnibus ſimplicitas, & paupertas monaſtica eluceant. In quaque cellula ſit lectulus ligneus operis ſimpliciſſimi, & in eo ſubſtratus ſaccus palearum, aùt matta iuncea cum ſacculo palearum pro capitali: poſtremò ſagum vnum, aùt alterum, ſi opus fuerit, ideſt, ſtragula ſimplicitatis religioſæ ad corpus cooperiendum. Qui tamen voluerit ſuper nudis tabulis ſomnum capere, liceat, niſi Superior nominatim prohibuerit. Imagines religioſæ ſint in quaque cellula duæ, aùt tres ad ſummum, eæque ſimplices, auro, aùt argento nequaquàm illitæ. Sit etiam ſella cum menſula, & pluteolus, aùt aſſer ad aliquot libros, & alia neceſſaria reponenda.

5 Camini in cellis, niſi Abbati Generali, aùt alicui Superiorum, vel Præ-

Prædicatorum de eiuſdem Abbatis Generalis licentia nemini permittantur.

6 In cellulam alienam nemini præter Superiorem ingredi fas ſit, qui licentiam ab eo nominatim non habuerit. Quam tamen non concedat poſtquàm pulſatum eſt ad Salutationem Angelicam veſperi, aùt antequàm pulſatum ſit manè, aùt tempore quietis meridianæ. Qui ſecùs fecerit, ieiunio panis, & aquæ plectatur, aùt alia pœna grauiori arbitrio Superioris.

7 Quotiès quis de licentia Superioris in cellulam alienam erit ingreſſurus, dicat ad oſtium cellulæ *Benedicamus Domino*. Qui autem intùs eſt, reſpondeat, *Deo gratias*; nec ille antè intret, quàm hoc audierit, & dum ibi ambo fuerint, ſit oſtium apertum. Liceat cuique fratrum ingredi in cellulam Superioris, & cuique Nouitio, & nouo Profeſſo in cellulam Magiſtri Nouitiorum.

8 *Candela in eadem cella, &c.* Cellæ illius nomine ipſum Dormitorium intelligi-

ligimus, cellulis, vt diximus, diſtinctum. In quo candela, aùt lucerna ſit, aliquantò antequàm exeatur è Completorio, accendenda: vt fratres dùm è Choro in Dormitorium veniunt, lumen ibi reperiant. Idque lumen totam noctem vſquè ad diem perduret. Dormitorium autem fratribus ingreſſis obſeretur, tradanturque claues Superiori.

9 Dormitorium, cellulæque omnes ſingulis ſaltem hebdomadis euerrantur, omnibuſque ſordibus expurgentur. Fratres per Dormitorium ambulantes placidè, & ſuſpenſo veſtigio ambulent, ne quo ſtrepitu alij obturbentur.

10 *Veſtiti dormiant, &c.* Nemo ſinè cuculla dormiat: quod ſi quis non veſtitus tunica ſaltem, caputio, & cingulo dormierit, is ieiunio panis, & aquæ toties quoties plectatur.

*De*

## *De excommunicatione culparum.*

### *CAP. XXIII.*

*SI quis frater contumax, aut inobediens; aut ſuperbus, aut murmurans, vel in * aliquo contrarius exiſtens Sanctæ Regulæ, & præceptis Seniorum ſuorum contemptor repertus fuerit; hic ſecundum Domini noſtri præceptum admoneatur ſemel, & ſecundò ſecretè à Senioribus ſuis. Si non emendauerit, obiurgetur publicè coram omnibus. Si verò neque ſic correxerit; ſi intelligit qualis pœna ſit, excommunicationi ſubiaceat. * Si autem improbus eſt, * vindictæ corporali ſubdatur.*

al. alio

al. ſin

i. pœnæ

1 Quamùis culpæ, quæ committi poſſunt à Monachis, tàm multæ, variæ, multipliceſque ſint, vt nec ipſæ, nec pœnæ ſingulis ipſarum debitæ deſcribi ſigillatim vllo modo poſſint: vt tamen Superioribus aliqua lux afferatur, qua varietates earum poſſint internoſcere, atquè ita peccantibus pro modo culpæ

cuiuſque iuſtas pœnas irrogare: operæ pretium duximus culpas omnes in pauca genera conferre, & cuique generi pœnam eius menſuræ reſpondentem definire: ita tamen, vt ea Superioris arbitrio frequenter augenda, vel minuenda ſit: cum ſæpè propter circunſtantias, & culpæ ſuo genere leues, graues reddantur, & ſuo genere graues, leues fiant. Igitur, vt culpas leues taceamus, ponatur culparum maioris momenti tria eſſe genera, & idcircò pœnas quoque in triplici eſſe differentia. Quod videlicet S. P. Benedictus voluit, cum tres excommunicationis modos conſtituit.

2 Culpæ ſunt graues, grauiores, & grauiſſimæ. Grauis culpa eſt, in quam qui incidit, menſæ participatione priuatur. Cui pœnæ adiunctæ ſunt, & aliæ: cuiuſmodi eſt prohiberi Pſalmum, aùt Antiphonam in Choro imponere, & Lectionem recitare, item refectionem cibi poſt fratrum refectionem capere. Quæ quidem pœna, quamuis

uis ſegreget fratrem à fratrum cœtu, quod ad hæc attinet, in alijs tamen rebus ab eorum conſortio non ſeiungit.

3 Grauior culpa eſt, in cuius pœnam frater non ſolùm à menſa communi, & alijs adiunctis excluditur, ſed ab ipſo etiam Oratorio. Quapropter omni ſermone, commercioque fratrum ei interdicitur, debetque ſeorſum ab alijs refici, & opus ſibi iniunctum facere.

4 Grauiſſima verò culpa eſt, cuius pœna propriè excommunicatio dicitur: qua, qui tenetur, à Superiore tanquàm membrum putridum ab omni aliorum ſocietate præciditur, & amputatur. Qui videlicet præfracto, & obſtinato animo contumax, & rebellis, nec verborum admonitione, nec prædictarum leuiorum excommunicationum pœnis, nec corporali caſtigatione ſanari potuit: ſed ipſis remedijs ingraueſcente morbo animi deterior factus magis in dies inſoleſcit, & in ſuperbiam maiorem elatus nulli generi curationis ad ſanandam eius animam

adhibitæ locum relinquit. Atquè hæc propriè eſt excommunicatio Canonica, quæ excludit à Sacramentis, & communione fidelium, cum duæ ſuperiores Monaſticæ ſint excommunicationes, aùt potiùs excommunicationis imagines, & imitationes quædam.

### *De culpa leui.*

5 Culpæ leuis nomine intelligimus omne peccatum Monachi, quod per imprudentiam, aùt ignorationem admittitur, linguæ errore, aùt iudicij minus recti vitio, obliuione, incuria aùt negligentia, alijſquè huiuſmodi minoris prauitatis cauſis, non mala mente, aùt improbo animo: qualia ſunt (vt ex paucis iudicium fiat de omnibus) quæ ſequuntur.

6 Si quis non omnibus relictis, vt vocatur ad Diuinum Officium, confeſtim (modeſta tamen feſtinatione) ſeſe contulerit in Oratorium. Si ad primum *Gloria Patri*, cuiuſque Officij non adfuerit

rit in Oratorio, aùt ſinè permiſſu Superioris omninò ab Officio abſuerit. Si in Oratorio Diuini Officij tempore vagis, & curioſis oculis, aùt quouis capitis, manuum, reliquivè corporis indecoro, & parum religioſo geſtu, aùt motu animi ſui leuitatem prodiderit.

7 Si quis cum in Capituli, Lectionis, aliorumvè verborum, quæ in Choro alijs audientibus vnus tantùm pronuntiat, recitatione errauerit, aùt aliud quiduis, quo turbetur Chorus, admiſerit, non continuò coràm omnibus terram fuerit oſculatus, aùt ſi dùm cantat cum alijs, aliquo errore lapſus, non ſtatim terra digitis contacta ſatisfecerit. Si quis in Choro, Capitulo, Refectorio, alijſue locis, in quæ cœtus vniuerſus fratrum conuenit, riſum ediderit, aùt alijs concitauerit. Si quis in inclinationibus, genuflexionibus, alijſue cæremonijs ritè religioſèque obſeruandis negligentior fuerit. Si in Diuino Officio dormitauerit. Si in Oratorio,

aùt Dormitorio ſtrepitum, quo alij obturbentur, ediderit.

8 Si cum habeat loquendi facultatem, de rebus vanis, & inanibus ſermonem fecerit. Si res Monaſterij negligenter tractauerit. Si vas, aùt aliud quidquàm ex ſupellectili fregerit, aùt amiſerit.

9 Si Capitulo, aùt Lectioni Collationum, quæ fit ante Completorium, non adfuerit, aùt prætermiſſa communi Conuentus refectione, in alteram poſteriorem, quæ Lectoris menſæ, & Coquorum eſt, cibum capere ſinè licentia diſtulerit. Si proclamatus ab alio eum viciſſim eodem die proclamauerit. Si otioſus per Monaſterium vagatus fuerit. Si in alterius officium ſe interpoſuerit, eo inuito. Si egreſſus è Monaſterio alia loca petierit, quàm ad quæ licentiam eundi à Superiore accepit. Si reuerſus in Monaſterium non ſtatim adierit Superiorem.

10 Hæc, aliaque eiuſmodi leuiora peccata primò quidem verbis caſtigentur,

tur, poſt autem proclamatione facta in Capitulo, aùt coràm Superiore, qui peccanti iniungat, vt Pſalmum, aùt aliud in pœnitentiam recitet, aùt vt in Refectorio, vel alibi in Conuentu fratrum culpam ſuam ipſe palam pronuntiet, eiuſque veniam à Deo, & fratribus petat. Ad idem pœnæ genus pertinet humi cibum capere in Refectorio. In Choro cùm ceſſatur ab Officij celebratione, paſſis brachijs aliquantiſper preces aliquas recitare, genibus flexis precari Deum, vt ſibi peccatum condonet, in aliquo abiecto miniſterio verſari.

11 Cui autem hæ pœnitentiæ nihil proderunt ad emendationem culpæ, volumus eam culpam quàmuis per ſe leuem in numerum grauium referri, & pro graui haberi, atque plecti. In quo Superioris erit acri iudicio adhibito rem expendere, vt leues culpas à grauibus prudenter diſcernat. Fit enim ſæpè, vt peccata, quæ genere ſuo leuia ſunt, propter inſignem contemptum le-

legis, aùt præcepti, proteruiamque peccantis, ad grauium peccatorum ordinem pertineant. Quarè non tàm quid factum ſit, intuendum eſt, quàm qua mente factum ſit: vt culpa quaque iuſtis ponderibus examinata, quæ pœna debeat peccantibus inferri, poſſit ritè conſtitui.

al. coniũ. gunt cum ſuperiori cap.

## * *Qualis debeat eſſe modus excommunicationis.*

## CAP. XXIV.

*SEcundum modum culpæ, excommunicationis, vel diſciplinæ debet extendi menſura: qui culparum modus in Abbatis pendeat iudicio: Si quis tamen frater in leuioribus culpis inuenitur, * à menſæ participatione priuetur. Priuati autem à menſæ conſortio, iſta erit ratio: vt in Oratorio Pſalmum, aut Antiphonam non imponat, nequè lectionem recitet, vſquè ad ſatisfactionem. Refectionem autem cibi poſt fratrum refectionem ſolus accipiat. * Vt ſi, ver-*

al. add. tantum

al. add. menſura,

*ſi, verbi gratiā, fratres reficiunt Sexta hora, ille frater Nona: ſi fratres Nona, ille * Veſpertina, vſquè dum ſatiſfactione congrua veniam congruam conſequatur.*

* vel horā qua præuiderit Abbas ei cōpeterē al. Veſpē rā

## *De graui culpā.*

1 Grauem culpam incurrit frater, primùm qui contra præceptum Superioris aliquid quantùmuis paruum, minimiquè momenti committit. Nec tamen id propterea mortale peccatum cenſeri debet, niſi natura ſua tale fuerit, aùt cum contemptu præcipientis admiſſum ſit, aùt Superior in virtute Sanctæ Obedientiæ iuſſerit. Item qui ieiunia regularia ſinè licentia violat. Qui cum aliquo Priorum ſuorum peruicaciter contendit. Qui ſuperbè reſpondet Superiori. Qui alteri calumniando detrahit, aùt alterum contumelia afficit. Qui cum altero rixatur ſiuè in Monaſterio, ſiuè foris, vel qui dedita opera mentitur. Qui ſilentium inutili ſermone frangendi, aùt in alia qua-

quauis re delinquendi conſuetudinem habet. Qui ſuum, aùt alterius peccatum defendit.

2 Qui negotium aliquod extraneum ſuſcipit ſinè licentia Superioris, aùt ſuſceptum cum Superiore non communicat. Qui in domo ſæculari, aùt alibi ſeorſum à ſocio cum muliere loquitur, ita nimirùm, vt videri non poſſit.

3 His, alijſque huiuſmodi grauibus culpis, vt primùm admiſſæ ſunt, pœnarum quæ ſequuntur, aliqua inferatur. In pane, & aqua ieiunare, aliquot dies è Monaſterio pedem non efferre, & interim continuo ſilentio obmuteſcere, pedes ſingulorum fratrum in Capitulo oſculari, peccatum palàm confitendo, petendoque ſuppliciter veniam, verberibus ſe ipſum cædere. Has, aliaſque ſimiles pœnas (cuius generis ſunt, quæ in Regula S. P. Benedicti ſunt deſcriptæ) luant, qui culpam grauem admiſerint. Quæ tamen pœnæ arbitrio Superioris habita ratione circunſtantiarum culpæ, minui, augerique poſſint.

De

## *De grauioribus culpis.*

## *CAP. XXV.*

*IS * autem frater, qui grauioris culpæ noxa tenetur, ſuſpendatur à menſa ſimul, & ab Oratorio. Nullus ei fratrum in vllo iungatur conſortio, neque in colloquio. Solus ſit ad opus ſibi iniunctum, perſiſtens in pœnitentiæ luctu, ſciens illam terribilem Apoſtoli ſententiam dicentis, traditum huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Cibi autem refectionem ſolus percipiat, menſura, vel hora *, qua præuiderit ei Abbas competere. Nec à quoquam benedicatur tranſeunte, nec cibus qui ei datur.* al. ſine, autem 1. Cor. 5 al. quam

1 Cvlpa grauiori tenetur, qui manifeſta contumacia, aùt rebellione Superiori negat obedientiam, aùt inobedientiam ſuam malitiosè defendit. Item qui cum Superiore, ſiuè in Monaſterio, ſiuè foris proteruè contendit. Qui contra Superiorem aliquid occultè

ſtruit,

ſtruit, aùt machinatur, aùt ad excitandam diſcordiam in Monaſterio, vel Congregatione cum alio, vel alijs ſocietatem init. Qui Superiorum imperium detrectans ad præſidium extraneorum, & vias ab inſtituto Regulari alienas confugit. Qui Superiorem aliqua iniuria afficit, aùt maledictis inſectatur.

2 Qui pœnitentijs ſibi pro culpa iniunctis defungi pertinaciter recuſat, aùt ad humiliora miniſteria ſeſe abijcere cum pertinacia renuit. Qui alicui ſuaſor, & autor eſt, vt aliquid graue contra diſciplinam regularem, aùt præceptum Superiorum faciat. Qui à Regulari correctione appellat, aùt appellanti conſentit, vel adhæret. Qui Prouincialis, aùt Prior Conſtitutionum obſeruantiam negligi patitur, poſtquàm fuerit admonitus. Qui literas ad Abbatem Generalem, aùt Seniores Aſſiſtentes, Viſitatores, Procuratorem Generalem, & Prouinciales, vel ab ipſis ad alium, aùt alios miſſas aperit, aùt malitiosè detinet. Qui ſecreta Monaſte-

ſterij, aùt res in Monaſterio geſtas extraneis reuelat.

3 Qui Profeſſus, aùt Sacerdos ſinè legitima diſpenſatione Diuini Officij recitationem per integrum diem prætermittit. Qui ei, à quo offenſus eſt, veniam petenti denegat. Qui nudum corpus alterius tangit, excepto ſi infirmitas valetudinis exegerit. Qui oſtio clauſo cum aliquo eſt in cellula ſua. Qui recedit à conſueta veſtitus ratione. Qui alium quemuis iniuſſu Superioris, vel leuiter percutit. Qui alium falsò accuſat.

4 Qui ex Congregationis, aùt alicuius Monaſterij, aùt etiam fratris cuiuſuis infamatione apud extraneos ſibi patrocinium quærit. Iſque præter alias pœnas actiua, & paſſiua voce priuatus ſit per annum, aùt amplius, ſi Superiori videbitur. Qui ſuſurro, murmurator, detractor, aùt perſpicuè mendax eſt. Qui vel ſemel inebriatur. Qui Officialis in officio ſuo fraudem committit.

tit.

tit. Qui conuerſus preces ſuas ſciens omittit.

5 Qui vel tantulum pecuniæ ſciens plus viginti quatuor horis ſeruat, inſcio Superiore. Qui aliquid emit, aùt mutuò accipit aliter, quàm per Superiorem, aùt Cellerarium, aùt de Superioris conſenſu. Qui malitiosè egreditur de Monaſterio ſinè ſocio ſibi aſſignato, aùt cum alio, quàm qui aſſignatus eſt. Qui veniens in Vrbem, in qua Monaſterium aliquod Congregationis eſt, non petit rectà Monaſterium, ſed priùs in aliam domum diuertit. Cuius culpæ grauitati multum accedit, ſi extra Monaſterium pernoctet. Qui ſinè licentia extrà Monaſterium cibum capit ſinè neceſſitate.

6 Qui ſinè licentia nouum locum Monaſterio fundando accipit, aùt maiorem aliquam ſtructuram ædificij ſinè licentia Abbatis Generalis, aùt Prouincialis aggreditur. Qui priuati alicuius conuenticuli conſcius non patefacit, &

ge-

generatim, qui cum aliquid ſciat, vndè Congregatio vniuerſa, vel Monaſterium aliquod poſſit detrimentum capere, tacet. Qui malitiosè dicit aliquid, quod Congregationi, vel alicui Monaſterio poſſit eſſe damno. Qui diſſidium inter fratres excitat, aùt factionis, ſeù partialitatis in Monaſterio, vel Congregatione exortæ particeps eſt. Cuius culpæ, vel qui probabiliter ſuſpectus eſt, grauiori pœnæ ſit obnoxius.

7 Qui de pœnis ſibi propter culpas irrogatis à Superiore ſuo apud alium, quàm Abbatem Generalem. Prouincialem, aùt Viſitatores conqueritur. Qui Conuerſus tonſuram Clericorum vſurpat. Qui ſinè legitima licentia ſacros Ordines ſuſcipit; cuius culpæ reus ipſo facto ab Ordine ſuſcepto vſquè ad Capitulum Generale ſuſpenſus ſit, nec poſſit cum eo diſpenſari.

8 Harum autem, aliarumque huiuſmodi culparum grauiorum pœnæ ſint, primùm à communi menſa, & Choro, & omninò à ſocietate fratrum ſe-

gregari, vt cum huius culpæ reo, quandiù in pœnitentia eſt, non liceat cuiquam fratrum colloqui ſinè ſpeciali licentia: deindè cibum humi capere in medio Refectorio ieiunantem in pane, & aqua: antè & poſt ſingulas Horas Canonicas; itemque poſt gratiarum actiones refectionem conſequentes, intrantibus in Oratorium, & exeuntibus fratribus proſtratum iacere antè fores Oratorij: in cellula ſua tanquàm carcere concluſum manere, ſilentium ſeruantem. Quibus pœnis, ſi culpæ magnitudo poſtulauerit, aliæ accedant, arbitratu Superioris (qui cum opus fuerit, admoneat ſemel, atquè iterum ſecundum Regulam) quales ſunt, flagellis ſe cædere in conſpectu fratrum per ſpatium temporis, quod Superiori videbitur; voce actiua, & paſſiua ad tempus priuari: de munere, & officio impoſito deiici, aùt etiam de gradu, quem obtinet in Conuentu ad infimum locum ad tempus deuolui, ſi Clericus eſt, poſt omnes Clericos, ſi Conuerſus, poſt omnes

nes Conuerſos. In quibus, alijſque conſimilibus, vt iuſtus pœnæ modus ſtatui poſſit, habeatur ratio circunſtantiarum culpæ cuiuſque: nec, quantùm fieri poterit, pœnæ in Regula præſcriptæ prætermittantur.

## *De his, qui ſine iuſſione Abbatis iunguntur* excommunicatis.* al. iungũt ſe

## *CAP. XXVI. al. vnum faciunt cum antecedẽti

*SI quis frater præſumpſerit, ſine iuſſione Abbatis fratri excommunicato quolibet modo ſe iungere, aut loqui cum eo, vel * mandatum ei dirigere, ſimilem ſortiatur excommunicationis vindictam.* i. nunciũ

## *Qualiter debeat eſſe ſolicitus Abbas circa excommunicatos.*

## CAP. XXVII.

*OMni ſolicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres: quia non eſt opus* Matt. 9.

*ſanis Medicus, ſed malè habentibus. Et ideò vti debet omni modo, vt ſapiens Medicus, immittere * quaſi occultos conſolatores * Senipetas, id eſt Seniores ſapientes fratres, qui quaſi ſecretè conſolentur fratrem fluctuantem, & prouocent eum ad humilitatis ſatisfactionem: & conſolentur eum, ne abundantiori triſtitia abſorbeatur: ſed ſicut ait Apoſtolus, Confirmetur in eo charitas, & oretur pro eo ab omnibus.*

al. omitt. quaſi occultos conſolatores

al. ſempectos

al. ſenpectas

al. ſinpectas

al. ſympectas

2. Cor. 2

*¶ Magnoperè enim debet ſolicitudinem gerere Abbas * circa delinquentes fratres, & omni ſagacitate, & induſtria curare, ne aliquam de ouibus ſibi creditis perdat. Nouerit enim ſe infirmarum curam ſuſcepiſſe animarum, non ſuper ſanas tyrannidem: & metuat Prophetæ comminationem, * per quem dicit Deus. Quod craſſum videbatis aſſumebatis: & quod debile erat proijciebatis. Et paſtoris boni pium imitetur exemplum: qui relictis nonaginta nouem ouibus in montibus: abijt vnam ouem, quæ errauerat, quærere: cuius infirmitati in tantum compaſſus eſt, vt eam ſacris humeris ſuis dignaretur imponere, & ſic reportare ad gregem.*

al. omitt. circa delinquentes fratres

Eze. 34.

al. per quam

Luc. 16.

De

## *De his, qui ſæpius * correpti, non * emendauerint.* al. correcti al. emendantur al. emendare noluerunt

## *CAP. XXVIII.*

*SI quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus, non emendauerit, acrior ei accedat * correctio, ideſt, vt verberum vindicta in eum procedat. Quod ſi nec ita ſe correxerit, aut fortè (quod abſit) in ſuperbiam elatus, etiam defendere voluerit opera ſua, tunc Abbas faciat quod ſapiens Medicus. ¶ Si exhibuit fomenta, ſi vnguenta adhortationum, ſi medicamina ſcripturarum diuinarum, ſi ad vltimum vſtionem excommunicationis, vel * plagas virgarum, & iam ſi viderit nihil ſuam præualere induſtriam, adhibeat etiam (quod maius eſt) ſuam & omnium fratrum pro eo orationem: vt Dominus, qui * omnia poteſt, operetur ſalutem circa infirmum fratrem. Quòd ſi nec iſto modo ſanatus fuerit: tunc iam vtatur Abbas ferro abſciſſionis, vt ait Apoſtolus: Auferte malum ex vobis, &* 1. Cor. 5

al. correptio

al. plagarum virgas, etiã ſi viderit

al. omnipotẽs eſt

2\. Cor. 7 *iterum: Infidelis ſi diſcedit, diſcedat: ne vna*
al. contagiet *ouis morbida omnem gregem * contaminet.*

## *De grauiſſima culpa.*

1 Qvod *ſi nec ita ſe correxerit, &c.* Culpam grauiorem ſequitur grauiſſima, de qua Sanctus Pater Benedictus hic agit, poſtquàm de alijs egit. Eſt autem culpa grauiſſima, primùm hæreſis, quod malorum omnium profundum iure dicitur, & cuius cognitio ad maiores iudices pertinet. 2. Ea peccantis in vitio ſuo peruicacia, & obſtinatio, vt neque peccatis abſtinere, nec pœnas, aùt pœnitentias ſibi indictas ſuſtinere velit: aùt certè cùm eas frequenter ſubierit, iudicio grauium prudentiumque Patrum nullum indè ſanioris mentis, aùt emendatioris vitæ fructum percipiat. 3. Superioris quæcunque percuſſio; eſtque percuſſor ipſo facto excommunicatus, nec ab alio, quàm ab Abbate Generali, aùt ab eo, quem ille ad id nominatim delegauerit, abſolui poſſit: ac

reus

reus confeſtim in carcerem detrudatur, & tùm alijs pœnis, tùm pœna circulari (quod eſt in Capitulo omnes circumire, & genibus flexis nudatum tergum verberandum præbere) ſemel in hebdomada per menſem plectatur. 4. Furtum pecuniæ, vel rei grauioris, & notabilis à Senioribus Monaſterij iudicandæ. 5. Falſificatio literarum, aùt ſigilli Abbatis Generalis, aùt Seniorum Aſſiſtentium, aùt Viſitatorum, Procuratoris Generalis, aùt etiam Prouincialis, aùt deniquè proprij Superioris, vel adulterini ſigilli vſus. 6. Vulneratio grauis cuiuſcunque fratris: eſtque, qui vulnerauit, excommunicatus excommunicatione reſeruata Abbati Generali. 7. Criminis cuiuſuis à quouis fratre Congregationis admiſſi quibuſuis extraneis facta reuelatio, qua frater, aùt Congregatio in infamiam, aùt damnum aliquod incurrerit. 8. Apoſtaſia à Congregatione. 9. Conatus tranſeundi à Congregationis arctitudine ad noſtri Ciſtercienſis Ordinis mi-

tiorem ſtatum. 10. Caſtitatis cum altera perſona opere commiſſa violatio, vel eiuſdem violationis ſuſpicio vehemens; cuius peccati conuictus per menſem ad minimum carcere concluſus ter quaque hebdomada ieiunet in pane, & aqua, & ſexta quaque feria in Capitulo coram omnibus cædatur verberibus, ſitque vltimus omnium profeſſorum, aùt alijs pœnis grauioribus arbitrio Superioris plectatur. 11. Excitata, aùt fota, aùt conſilio adiuta in Monaſterio, vel Congregatione diſcordia, & partialitas. 12. Proprietatis crimen. 13. Ad impetrandum quoduis priuilegium contrà Conſtitutiones Congregationis adhibita contentio. 14. Quodcunque crimen capitale extremo ſupplicio in ſæculo puniendum: qualia ſunt Sacrilegium, homicidium, aliaque huiuſmodi quibus infamiæ nota incurritur.

2 His grauiſſimis culpis, alijſque, quas ad idem genus pertinere Capitulum Generale definierit, inferantur aliquæ pœnarum, quæ ſequuntur, arbitrio

trio Superioris. Ad tempus, aùt in perpetuum ab Ordinum ſacrorum ſuſceptione, aùt vſu ſuſpendi; ad aliquot annos, aùt in perpetuum actiua, paſſiuaque voce priuari; cædi virgis, ad eandemque pœnam repeti arbitrio Superioris; ad tempus, aùt in perpetuum carcere conſtrictum teneri; pane & aqua tantùm veſci, aùt alio ieiunio mulctari ad certum tempus, arbitrio Superioris; de gradu ſuo infrà omnes Clericos, ſi Clericus eſt, aùt infrà omnes Conuerſos, ſi Conuerſus eſt, deijci; omni officij adminiſtratione ſpoliari. Quibus accedant pœnæ in Regula deſcriptæ.

3 Poſtremò decernimus, vt quibus conſuetudo eſt culpam leuem admittere, pœna graui mulctentur: quibus mos eſt in grauem culpam labi, pœna grauiori coërceantur: qui deniquè culpa grauiori frequenter peccant, pœnam grauiſſimam luant. Atquè ita pro culparum ingraueſcentium ratione, pœnarum quoque grauitas augeatur. Vt autem

tem calumniæ, falſæque accuſationis occaſio præcidatur, ſi quis aliquem alicuius prædictarum culparum apud Superiorem non ſimpliciter denunciando, ſed accuſando, & criminando inſimulauerit, is niſi crimen quod infert, legitimè probauerit, eiuſdem criminis pœnam, iuxta ſacros Canones, cum infamia ſubeat.

4 *Vtatur ferro abſciſſionis*. Si quis in hac Congregatione incorrigibilis (quod auertat Deus) deprehenſus fuerit, expelli ab ea non poſſit, niſi ab Abbate Generali de conſenſu ſex Patrum in ſingulis Capitulis Generalibus ad hunc effectum eligendorum, & ſeruata forma Decreti Vrbani Octaui fel. rec. de Apoſtatis, & eiectis. Statuimus proindè, vt in vnoquoque Monaſterio carceres ſint firmi, ac muniti, in quos, qui alijs remedijs ſanari non poſſunt, mittantur, & includantur, ac in pœnitentia pane tantùm, & aqua veſcentes per integrum probentur annum: quo completo, niſi reſipiſcant, è Congregatio-

ne

ne ad formam præfati Decreti eijciantur.

5 Crimina porrò, quibus aliquis incorrigibilis cenſendus eſt, præter ea, quæ in hoc capite deſcripta ſunt, ſint etiam ſequentia. Primò, rebellio contra Superioris mandatum, ſeù denegata Superiori obedientia. 2. Falſa accuſatio, ſeù teſtimonium falſum. 3. Recurſus ad Tribunalia ſæcularia. 4. Conſpiratio contra quemcumque Superiorem. 5. Scribentes libellos famoſos. 6. Periurium in iudicio. 7. Ludus à Sacris Canonibus prohibitus. 8. Percuſſio quæcumque Superiorum. 9. Ingreſſus in Monialium clauſtra ad malum finem. 10. Introductio Mulierum intrà ſepta Monaſterij ad malum finem. 11. Scribentes literas amatorias Monialibus.

6 Si quis ergò in præfatis exceſſibus repetitis vicibus inciderit, inſtituatur pro prima vice contra ipſum proceſſus, & per ſententiam puniatur. Si ſecundò in idem crimen, vel in aliud ex

præ-

prædictis incurrerit, iterùm præuio proceſſu grauiùs mulctetur, & moneatur, vt ab huiuſmodi exceſſibus in futurum ſub pœna incorrigibilitatis, & eiectionis à Congregatione abſtineat. Quòd ſi indurato in malum animo, tertiò iam peccauerit; proceſſu formato, & lata ſententia, in carcerem vt ſuprà detrudatur, & poſt annum ſi nulla ſit ſpes emendationis ad formam Decreti præfati omninò expellatur.

7 Quo Decreto tamen non prohibemus quominùs Abbas Generalis ſecundùm Priuilegia noſtra, propter aliquam grauem cauſam fratri, qui Congregationi magno damno ſit, cum Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis conſilio licentiam tranſeundi ad aliam Religionem dare poſſit: ita tamen vt hic tranſitus Sacris Canonibus non repugnet.

* * *

*Si*

## *Si debeant iterum recipi fratres exeuntes de Monaſterio.*

## *Cap. XXIX.*

*Frater, qui proprio vitio egreditur, aut proijcitur de Monaſterio, ſi reuerti voluerit, ſpondeat prius omnem emendationem vitij, pro quo egreſſus eſt: & ſic in vltimo gradu recipiatur, vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod ſi denuò exierit, vſquè tertiò *ita recipiatur. * Iam verò poſteà ſciat, omnem ſibi reuerſionis aditum denegari.* al. omit. al. Iam poſtea ſciens

1 Qvi diſcedunt è Congregatione duorum ſunt generum; aùt enim fugitiui ſunt, aùt cum licentia dimiſſi. Ac de fugitiuis quidem, niſi intrà quinque dies redierint, ſiuè habitum dimiſerint, ſiuè non, aùt qui habitum dimiſerint, etiamſi ſtatim redeant, declaramus eos tamquàm Sancti inſtituti deſertores, & Apoſtatas ipſo facto excommunicatos excommunicatione maiori,

iori, à qua, niſi ab Abbate Generali, aùt de eius ſpeciali mandato abſolui non poſſint. Qui ſupradicti omnes cùm redierint, carcere concluſi per quantum tempus Abbati Generali viſum fuerit, tot hebdomadis, quot abſuerint, ſingula ieiunia panis, & aquæ, ſingulaſque flagellationes in Capitulo ſubeant, tantumque tempus de illorum anterioritate profeſſionis detrahatur, quantum in Apoſtaſia permanſerint. Si per menſem Apoſtatæ fuerint, ſint perpetuò inhabiles ad quaſcumque dignitates, & gradus Congregationis. Si autem antè menſem reuertantur, voce actiua, & paſſiua per decennium priuati exiſtant. Quas pœnas Abbas Generalis pro ratione circumſtantiarum, & perſonæ poſſit augere, vel mitigare; præſertim verò ſi quis ſponte ſua reuerſus fuerit.

2 Quod ſi retento habitu antè quinque dies reuerſi fuerint, quanquàm excommunicati cenſendi non ſunt, ieiunijs, & verberibus acritèr plectantur, & tùm

& tùm voce actiua, & paſſiua, tùm ipſo loco, & ordine, quem obtinent in Monaſterio, priuentur Superioris Monaſterij arbitrio. Si ad Apoſtaſiam furtum rei maioris, aùt aliud graue crimen acceſſerit, præter pœnas Apoſtatis decretas, pro ratione facti grauiùs puniantur. Quod ſi quis in Apoſtaſia fuerit ordinatus, aùt poſt incurſam Apoſtaſiam in ea celebrauerit, ab officij, quo abuſus eſt, executione in perpetuum ſit ſuſpenſus: niſi fortè poſteà mutata mente in omni virtute ſic enituerit; vt ab ipſo Capitulo Generali cum eo diſpenſandum videatur. Crimina, quæ ab Apoſtata in apoſtaſia fortè commiſſa fuerint, eadem pœna, qua ſi in Monaſterio perpetrata fuiſſent, vindicentur.

3 Quod ad alterum diſcedentium è Congregatione genus attinet, qui cum venia dimiſſus è Congregatione exierit, vt ad aliam Religionem tranſeat, ſi intrà tempus ſibi præſcriptum in obedientialibus literis eadem mente diſcedendi

dendi à Congregatione in aliquod Monaſterium Congregationis ſe contulerit nequaquàm recipiatur. Sin autem tempus ei præſcriptum fuerit elapſum, agatur cum eo, ſicut cum fugitiuis, aùt Apoſtatis agendum eſſe diximus. Qui propter grauiſſimam culpam in carcerem fuerit aliquando coniectus, antè Capitulum Generale non poſſit ad aliquam Monaſterij præfecturam, aùt aliam maiorem dignitatem promoueri, niſi Abbas Generalis diſpenſauerit.

4 Qui accepta à Congregatione licentia tranſeundi ad aliam Religionem, elapſo tempore ſibi præſcripto, extrà Congregationem nihilominus cũ ſcandalo, tùm Congregationis, tùm laicorum viuit, niſi monitus ad officium redierit, Superiores Monaſteriorum Congregationis loco illi viciniorum agant cum Ordinario, vt is carcere, alijſque pœnis legitimis iuxta ſacri Concilij Tridentini decreta coërceatur. Quod ſi admonitus, vt ſuprà, redierit, patientia ei imponatur infrà

zo-

zonam palmum deſcendens, ſicut Nouitij vtuntur, & eam per annum deferat, vltimus poſt omnes, voce actiua, & paſſiua per triennium priuatus. Quibus pœnis aliæ etiam addantur in Conſtitutionibus deſcriptæ, ſecundùm culpæ modum.

6 Si quis poſt Apoſtaſiam pœnitentia ductus, & ad Congregationem reuerti cupiens ad aliquod eius Monaſterium ſe contulerit, Superior eius Monaſterij dùm per literas conſulit Abbatem Generalem, quid opus facto ſit, Apoſtatam loco ſeparato ab omni aliorum commercio, & ſermone ſegregatum contineat. Si verò animo non redeundi ad Congregationem ad aliquod eius Monaſterium venerit, comprehenſus in carcerem detrudatur, & cum eo agatur, vt de Apoſtatis dictum eſt.

al. qualiter puniantur pueri

## **De pueris minori ætate, qualiter corripiantur.*

### CAP. XXX.

al. quoties
al. intelligere
al. acris

*OMnis ætas, vel intellectus proprias debet habere menſuras. Ideòque * quoties pueri, vel adoleſcentiores ætate, aùt qui minùs * intelligere poßunt; quarta pœna ſit excommunicationis: Hi tales dùm delinquunt, aùt ieiunijs nimis affligantur, aùt * acribus verberibus coërceantur, vt ſanentur.*

al. Cellarario
al. Qualisdebeat eſſe Cellerarius Monaſterij

## ** De Cellerario Monaſterij qualis ſit.*

### CAP. XXXI.

al. Cellararius
al. Cellurarius

** CEllerarius Monaſterij eligatur de Congregatione ſapiens, maturus moribus, ſobrius, non multùm edax, non elatus, non turbulentus, non iniurioſus, non tardus, non prodigus, ſed timens Deum, qui omni Congrega-*

*gationi ſit ſicut pater. Curam gerat de omni-
bus: ſine iuſſione Abbatis nihil faciat: Quæ
iubentur, cuſtodiat: Fratres non contriſtet:
Si quis * autem frater ab eo fortè * aliquid ir-* al. ſine autem
*rationabiliter poſtulat, non ſpernendo eum con-* al aliqua
*triſtet: ſed rationabiliter cum humilitate malè
petenti deneget. ¶ Animam ſuam cuſtodiat,
memor ſemper * illius Apoſtolici: quia qui benè* al. illud Apoſtolicum
*miniſtrauerit, gradum bonum ſibi acquirit.* 1.*Tim*.3
*Infirmorum, * infantium, hoſpitum, paupe-* al. infantum
*rumque cum omni ſolicitudine curam gerat,
ſciens ſine dubio, quia pro his omnibus in * die* al. diem
*iudicij rationem redditurus eſt. Omnia vaſa
Monaſterij, cunctamque ſubſtantiam, ac ſi
Altaris vaſa ſacrata conſpiciat. Nihil ducat
negligendum: neque auaritiæ ſtudeat, neque
prodigus ſit, aut extirpator ſubſtantiæ Mona-
ſterij: ſed omnia menſuratè faciat, & ſecundùm
iuſſionem Abbatis *. ¶ Humilitatem ante* al. add. ſui
*omnia habeat: & cui ſubſtantia non eſt, quæ
tribuatur, ſermo reſponſionis porrigatur bo-
nus, * quia ſcriptum eſt: Sermo bonus ſuper* al. vt
*datum optimum. Omnia, quæ ei iniunxerit* *Eccl*.18.
*Abbas,* ipſe habeat ſub cura ſua: A quibus eum* al. ipſa
*prohibuerit, non præſumat. Fratribus conſti-*

*tutam annonam ſine aliquo * typo, vel mora offerat, vt non ſcandalizentur, memor diuini eloquij, quid mereatur, qui ſcandalizauerit vnum de puſillis *. Si Congregatio maior fuerit, * ſolatia ei dentur: à quibus adiutus, & ipſe æquo animo impleat officium ſibi commiſſum. Horis competentibus dentur, quæ danda ſunt, & petantur, quæ petenda ſunt: vt nemo perturbetur, nequè contriſtetur in domo Dei.*

id. tumore, vel faſtidio

*Matt.* 18 al. add. iſtis; expedit ei, vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris

l. coadiutores

1 CELLERARIVS *Monaſterij eligatur, &c.* In quoque Monaſterio Cellerarij electionem ad Superiorem eius pertinere volumus: qui Seniores ſuos in conſilium adhibens ſtudeat, quàm maximè poterit, ei fratrum munus hoc mandare, qui virtutibus ijs, quas Sanctus Pater hìc enumerat, ſit exornatus. Qui autem electus fuerit, eam modeſtiam in omni parte officij ſui adhibeat, eamque prudentiam, integritatem, ſynceritatem, & religionem in omni re gerenda præſtet, vt cùm à ſæcularibus moribus, ab omni auaritia, calliditate, fraude, mendacio, calumnia ſummè abhorreat, exemplo virtutis proſit omnibus,

nibus, noceat nemini. Cuius rei curam præcipuam in Superiorum animis altiſſimè defixam eſſe cupimus, idque eis quàmmaximè commendamus.

2 *Curam gerat de omnibus.* Cellerarius extrà Monaſterium omnia temporalia adminiſtret, ſintque ei curæ prædia quæque Monaſterij, reditus, cenſus, creditæ, debitæque pecuniæ. Eius officij ſit emere, aùt alio modo comparare, & in Monaſterium comportanda, vel conuehenda curare quæcunque vel ad annonam, victum & veſtitum, vel ad alios quoſuis vſus Monaſterij neceſſaria ſunt, ad præſcriptum Superioris, cui quàm diligentiſſimè obediat.

3 *Animam ſuam cuſtodiat, &c.* Ne cura temporalium rerum ſic obrui ſe ſinat Cellerarius, vt in ſpiritualibus langueat, cùm illæ his tanquam adminiſtræ ancillari debeant. Quarè det operam, vt quàm rariſſimè abſit à Choro, & Officio Diuino, à meditatione, & alijs exercitijs regularibus; quæ quidem illius officium non impediant.

4 *Sine iuſſione Abbatis, &c.* In omnibus, quæ paulò maioris momenti erunt, vt, verbi cauſa, in frugum, vini, olei, & alius cuiuſuis annonæ in longum tempus reponendæ, & aliarum rerum maiorum comparandarum emptione cum Superiore communicet. Non poſſit, nec alteri cuiquam, nec ſibi ipſi communem cibum, aut potum mutare, vel augere, niſi de mandato Superioris. Quæ fratres ſinè licentia in vſus ſuos accipere non poſſunt, eadem nec ipſe Cellerarius poſſit ſibi.

5 *Nihil ducat negligendum.* Cellerarius computa, & rationes accepti, & expenſi, itèm creditæ, debitæque pecuniæ quater in anno oſtendat Superiori ſuo, ac ſæpiùs, ſi iuſſerit. Ille autem cum Senioribus Monaſterij horum omnium rationes ineat, & ſubducat. Idemque Cellerarius hæc eadem proferat, cùm Abbas Generalis, Viſitatores, aùt Prouinciales venerint in Monaſterium, viſitandi cauſa. Similiter ſi ab vno Monaſterio ad aliud migret, omnis

ad-

adminiſtrationis ſuæ rationem reddat Superiori ſuo.

6 *Solatia ei dentur, &c.* Si videbitur Superiori, liceat conſtituere Procuratorem ſæcularem Monaſterij, hominem ſpectatæ probitatis: qui in negotijs extrà Monaſterium gerendis Cellerario ſit adminiculo, à fratrum commercio, & aſpectu ipſo, quantùm fieri poterit, ſeiunctus. Ob eamque rem, vbi Monaſteria ſunt in Vrbibus, extrà Monaſterium habitet. Ac ſi litigandum fuerit (quod quantùm fieri poterit, tranſactionibus, compromiſſis, & omni alio remedij genere, cedendo potiùs de iure noſtro, quàm omnia ad viuum reſecando, caueatur) is in foro agat omnia, & cum Superiore Monaſterij communicet. Vtatur etiam Donatis Cellerarius, præſertim ad coëmendas in diem res quaſque neceſſarias. Eorum enim opera efficiet, vt rariùs ſibi prodeundum ſit è Monaſterio. Deniquè quantùm poterit, plateas, mercatus, fora, tribunalia, & loca quæque cele-

briora declinet, per Procuratorem, & Donatos, aùt etiam alios potiùs agens, quæ illic agenda ſunt: quamùis id interdùm à Monaſterij vtilitate alienum eſſe videatur.

7 Non liceat Superiori Monaſterij, nedùm Cellerario, litem vllam cuiquam intendere, niſi de conſenſu Capituli Monaſterij. Vbi Cellerarius ad munus ſuum ritè agendum procuræ inſtrumento indigebit, teneantur Monaſterij Vocales inſtrumento huiuſmodi aſſenſum præſtare, in idquè compellantur (ſi opus fuerit) à Superiore ſub pœna excommunicationis ſibi reſeruatæ.

## *De ferramentis, vel rebus Monaſterij.*

## *CAP. XXXII.*

al. Subſtantiæ al. rebus

*SVbſtantia Monaſterij * in ferramentis, vel * veſtibus, ſeù quibuslibet rebus prouideat Abbas*

*Abbas fratres, de quorum vita, & moribus ſecurus ſit: & eis ſingula (vt utile iudicauerit) conſignet cuſtodienda, atquè recolligenda. Ex quibus Abbas * breue teneat: ut dum ſibi in ipſa aſſignata fratres * viciſſim ſuccedunt, ſciat quid dat, aùt quid recipit. Si quis autem ſordidè, aùt negligenter res Monaſterij tractauerit, corripiatur: ſi non emendauerit, diſciplinæ Regulari ſubiaceat.*

al. Breuē i. Inuentarium

al. viciſſibus

1 SVBSTANTIÆ *Monaſterij, &c.* Officialis quiſque Monaſterij ſimul, ac ſuſceperit officium ſibi mandatum, res ſuæ fidei commiſſas, facto earum Inuentario, accipiat, vt cùm deponet officium, aùt quandòcunque Superiori viſum fuerit, fides eius in eis ritè conſeruandis, & reddendis appareat. Superior autem Monaſterij habeat omnia Officialium ſuorum Inuentaria ſeparatim deſcripta, vt ea nouis Miniſtris, & Officialibus tradat, & exactis eorum officijs repetat, ac diligenter excutiat nùm quid deſit, aùt diſſipatum ſit, aùt etiam acceſſerit noui, vel inſtauratum fuerit.

Fiat

2 Fiat in quoque Monaſterio Inuentarium omnium librorum eius, & in prima pagina cuiuſque libri ſcribatur nomen Monaſterij, cuius eſt. Scripturæ, & Inſtrumenta omnia ad vniuerſam Congregationem pertinentia, qualia ſunt Priuilegia, Indulta, Bullæ, Exemptiones, Donationes rerum maiorum Congregationi factæ, aliaque id genus diligentiſſimè cuſtodiantur ab ipſo Abbate Generali in Monaſterio, in quo habitat; iſque eorum reddat rationem Capitulo Generali. Copiæ autem authenticæ, & tranſumpta eiuſmodi Priuilegiorum, & Chartarum habeantur in quoque Monaſterio, vt vbicunquè opus fuerit, poſſint à noſtris Iura quæque, libertates, & prærogatiuæ Congregationis aſſeri, & defendi. Quæ autem ſcripturæ grauiores ad vnum aliquod Congregationis Monaſterium tantùm pertinent, eæ in illo Monaſterio ſeruentur, in capſa tribus diuerſis obſerata clauibus, quarum vna penes Superiorem Monaſterij ſit, altera penes

Sup-

Suppriorem, tertia penes Cellerarium.

3 Iniungimus autem ſingulis Superioribus, vt accepti, & dati librum, itemque pecunias omnes in dicta capſa ſeruent, & in ipſo libro quater ſaltem in anno acceptam, datamque pecuniam deſcribant. Rationem prætereà dati, & expenſi quater in anno ineant cum Cellerario.

4 Alium librum conficiant, in quo deſcribantur fructus prouentuum ex prædijs, vineis, armentis, & alijs extrà pecuniam numeratam, ex quo libro conſtet etiam, quidnam ex dictis fructibus pro vſu Monaſterij expenſum ſit, & quid venditum. Quorum omnium exactam rationem reddere teneantur Prouincialibus, & Viſitatoribus in actu Viſitationis. Contrafacientes, ſi admoniti fuerint, & conſtet de corpore delicti irremiſſibiliter deponantur ab officio non ſolùm in actu Viſitationis, ſed etiam extrà de conſenſu tamen Abbatis Generalis, & niſi legitimam exceptionem afferant in contrarium. Præcipimus

mus autem Prouincialibus, vt inuigilent ſuper huius Decreti obſeruantiam.

5 Conſtituat ſibi Superior cuiuſq; Monaſterij Secretarium, qui reliquas minoris momenti ſcripturas, & Inſtrumenta Monaſterij aſſeruet. Idemque, quæ in Capitulo præcipua agentur, eorum acta diligenter in codicem referat, reliqua minora breuiter perſtringat: eaque omnia apud ſe habeat, & cuſtodiat.

al. Quod non debent habere Monachi propriũ

## * *Si quid debeant Monachi proprium habere.*

## *CAP. XXXIII.*

al. add. peculiare

al. amputandũ eſt

*PRæcipuè hoc vitium * radicitùs * amputetur de Monaſterio, ne quis præſumat aliquid dare, aùt accipere ſine iuſſione Abbatis, neq̀uè aliquid habere proprium, nullam omninò rem, neq̀uè codicem, neq̀uè tabulas, neq̀uè graphium, ſed nihil omninò: quippè quibus, nec corpora ſua, nec voluntates licet habere in pro-*

pria

*pria poteſtate. Omnia verò neceſſaria à Patre Monaſterij ſperare; nec quicquam liceat habere, quod Abbas non dederit, aùt permiſerit.*

*¶ Omniaquè omnibus ſint communia, vt ſcriptum eſt: nec quiſquam ſuum * aliquid dicat, aùt præſumat. Quod ſi quiſquam * hoc nequiſſimo vitio deprehenſus fuerit delectari, * admoneatur ſemel, & iterùm: ſi non emendauerit, * correptioni ſubiaceat.* Act.4. al. add. eſſe al. huic al. ammonitus al. correctioni

1 Præcipve' *hoc vitium radicitùs amputetur, &c.* Qui Monachus in proprietatis crimen lapſus eſſe deprehenſus fuerit, cùm alijs pœnis grauiſſimis puniatur, tùm Monaſterium pro carcere per annum habeat, ita vt ex eo pedem non efferat.

2 Singuli fratres initio cuiuſque menſis omnia ſibi ad vſum conceſſa monſtrent, aùt ſcripto ſignificent Superiori, vt ipſe, quæ ſuperuacanea videbuntur, adimat; quæ neceſſaria, concedat, idque ſcriptum ſemel minimùm in anno fiat. Ac videat Superior, ne quis extrà fines ſanctæ paupertatis à Regula præſcriptæ vlla ex parte prodeat.

Su-

3 Superior Monaſterij quater minimùm in anno omnes cellulas, & omnia loca Monaſterij, adiuncto ſibi Suppriore, vel alio ex Senioribus Monaſterij, de improuiſo perluſtret, & excutiat, ne quid vllo loco deſit, aùt ſuperuacuum ſit, & ne quid contrà diſciplinam admittatur. Eademque opera ſi quos animaduerterit aliquarum rerum immoderata cupiditate teneri, nimioque ſtudio aliquid retinere, aùt amplecti: huiuſmodi cupiditatum, & propenſionum occaſiones cautè, & prudenter amputet, & excidat. Deniquè non patiatur quemquam rem vllam apud ſe habere, quam is ipſi Superiori, quandòcunque vel ipſo nutu repetierit, non ſit continuò libentiſſimè traditurus. Volumus inſuper, vt in die Palmarum cuiuſque anni ijdem Superiores excommunicationem contrà Proprietarios, Incendiarios, &c. iuxtà formulam in Rituali, & Manuali contentam fulminent, & publicent.

4 Quidquid à quoque fratrum fuerit

rit in Monaſterium allatum, aùt alicui donatione, legato, ab inteſtatò, vel quacunque iuris diſpoſitione vndecùnque obuenerit, id omne non illius proprium, ſed commune ſtatim cenſeatur, nec ille in eo, vel poſſidendo, vel vtendo plus iuris habeat, quàm alius quiuis frater, ſit autem commune totius Congregationis. Liceatque Abbati Generali cum aſſenſu Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis, proùt ex vſu Congregationis eſſe in Domino iudicauerit, id alicui Monaſterio, vel pluribus tribuere; niſi tamen donantium, vel teſtantium, vel aliter diſponentium voluntas repugnet.

5 *Omnia verò neceſſaria, &c.* Quæ, cuique res concedi debeat, in arbitrio Superiorum ſit: ita prorsùs, vt ſinè eorum permiſſu, ne vſum quidem vllius quantulæcunque rei quiſquam ſibi arroget. Multò verò minus poſſit de eo, quod in vſum ſuum acceperit, diſponere.

6 Concedendi cuique, quod opus

eſt,

3 Superior Monaſterij quater minimùm in anno omnes cellulas, & omnia loca Monaſterij, adiuncto ſibi Supriore, vel alio ex Senioribus Monaſterij, de improuiſo perluſtret, & excutiat, ne quid vllo loco deſit, aùt ſuperuacuum ſit, & ne quid contrà diſciplinam admittatur. Eademque opera ſi quos animaduerterit aliquarum rerum immoderata cupiditate teneri, nimioque ſtudio aliquid retinere, aùt amplecti: huiuſmodi cupiditatum, & propenſionum occaſiones cautè, & prudenter amputet, & excidat. Deniquè non patiatur quemquam rem vllam apud ſe habere, quam is ipſi Superiori, quandòcunque vel ipſo nutu repetierit, non ſit continuò libentiſſimè traditurus. Volumus inſuper, vt in die Palmarum cuiuſque anni ijdem Superiores excommunicationem contrà Proprietarios, Incendiarios, &c. iuxtà formulam in Rituali, & Manuali contentam fulminent, & publicent.

4 Quidquid à quoque fratrum fuerit

rit in Monaſterium allatum, aùt alicui donatione, legato, ab inteſtatò, vel quacunque iuris diſpoſitione vndecùnque obuenerit, id omne non illius proprium, ſed commune ſtatim cenſeatur, nec ille in eo, vel poſſidendo, vel vtendo plus iuris habeat, quàm alius quiuis frater, ſit autem commune totius Congregationis. Liceatque Abbati Generali cum aſſenſu Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis, proùt ex vſu Congregationis eſſe in Domino iudicauerit, id alicui Monaſterio, vel pluribus tribuere; niſi tamen donantium, vel teſtantium, vel aliter diſponentium voluntas repugnet.

5 *Omnia verò neceſſaria, &c.* Quæ, cuique res concedi debeat, in arbitrio Superiorum ſit: ita prorsùs, vt ſinè eorum permiſſu, ne vſum quidem vllius quantulæcunque rei quiſquam ſibi arroget. Multò verò minus poſſit de eo, quod in vſum ſuum acceperit, diſponere.

6 Concedendi cuique, quod opus

eſt,

eſt, ea ſeruetur ratio, vt nihil cuiquam ſuperuacaneum permittatur, nihil neceſſarium negetur: vt hac ratione omnis occaſio præcidatur, ea, quibus quiſque indiget alia via, quàm ex Superioris conceſſione, ſibi quærendi: ſiuè ea ad victum, ſiuè ad veſtitum, ſiuè ad valetudinem, ſiuè ad ſuſcepti alicuius muneris ritè gerendi facultatem, aùt alia eiuſmodi pertineant. Qua in re miniſtrorum charitas ita diligens ſit, vt indigentium petitionem anteuertat.

7 Si quis ſibi aliqua re, ſiuè ad victum, ſiuè ad veſtitum, ſiuè ad officium ſuum, aùt aliud quiduis opus eſſe exiſtimauerit, primùm conuertat ſe ad Deum, & rectum ea de re iudicium precibus ab eo contendat. Deindè, ſi rem Superiori patefaciendam duxerit, patefaciat in Domino, vel ſermone, vel breui ſcripto, ne fortè excidat ei è memoria. Quod cùm fecerit, omni in Superiorem reiecta ſolicitudine, ſecurus expectet otioſo animo, quod ille cenſuerit: nec inſtet, ſiuè ad ſe, ſiuè ad

alium res pertineat. Quicquid autem, re intellecta, fuerit ab illo ſtatutum, id ſinè dubio, & ad honorem Dei, & ad vtilitatem ſuam accommodatiùs, ac meliùs fore ſibi perſuadeat.

8 Si qua res alicui à Superiore ſuo denegata fuerit, is ab alio Superiore eam rem non petat, niſi quemadmodùm illius rei ab illo petitæ repulſam tulerit, & quamobrem tulerit, adiungat.

9 Tranſeuntes à Monaſterio in Monaſterium nihil omninò, vel minimum ſecum ferre audeant, non antè monſtratum Superiori Monaſterij à quo diſcedunt, & ſibi ab eo nominatim conceſſum. Ne ipſis quidem Superioribus liceat pecuniam apud ſe habere, ſed eam ſtatim ſuo loco deponant. Præter Cellerarium nullus omninò fratrum, niſi in itinere fuerit, habeat, aùt expendat tantillum pecuniæ, niſi de Superioris expreſſa licentia. Sed pecuniam vndecunquè acceptam, vt primùm habuerit, tradat Superiori.

10 Poſtremò Superiores Congregationis vniuerſos, & ſingulos admonemus, & in viſceribus Chriſti obſecramus, ne qua negligentia, diſſimulatione, remiſſione, indulgentia, aùt etiam cupiditate committant, vt aliqua fictione, aùt interpretatione huius vitæ communis, ſanctiſſimæque paupertatis diuinus ſplendor vnquàm obſoleſcat: nec peſtiferam conſuetudinem vlla die in Congregationem illabi ſinant, qua frater apud ſe, aùt apud alios ità aliquid habeat, vt ſi ſpectetur vſus, & diſponendi facultas, vera proprietas ſit, & qui hanc fraudem admittit, verbo Monachus, re Proprietarius, & ſæpè diuitum, & abundantium in ſæculo vnus ſit.

Si

** Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere.*

al. coniũgunt hoc cap. cum ſuperiori

## C A P. X X X I V.

SIcut ſcriptum eſt: Diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat, vbi non dicimus, vt perſonarum (quod abſit) acceptio ſit, ſed infirmitatum conſideratio. Vbi qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contriſtetur. Qui verò plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro miſericordia: & ita omnia membra erunt in pace. Antè omnia, nè murmurationis malum pro qualicunque cauſa in aliquo qualicunque verbo, vel ſignificatione appareat. Quòd ſi deprehenſus fuerit* diſtrictiori diſciplinæ ſubdatur.

Act. 4.

al. add. quis

** De ſeptimanarijs coquinæ.*

al. add. & de mutuo ſeruitio libenter ſibi ipſis impẽdendo

## C A P. X X X V.

FRatres* ſic ſibi inuicem ſeruiant, vt nullus excuſetur à coquinæ officio: niſi aut

al. ſine, ſic

 ægri-

*ægritudine, aùt in cauſa grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia exinde maior merces, & * charitas acquiritur. Imbecillibus autem procurentur ſolatia, vt non cum triſtitia hoc faciant, ſed habeant omnes ſolatia ſecundum modum Congregationis, aùt poſitionem loci. Si maior Congregatio fuerit, * Cellerarius excuſetur à coquina, vel ſi qui (vt diximus) maioribus vtilitatibus occupantur. Cæteri verò ſibi ſub charitate inuicem ſeruiant. ¶ Egreſſurus de ſeptimana ſabbato munditias faciat; * lintea, cum quibus ſibi fratres manus, aùt pedes tergunt, lauet. Pedes verò tàm ipſe, qui egreditur, quàm ille qui intraturus eſt, omnibus lauent. Vaſa miniſterij ſui munda, & ſana * Cellerario * reconſignent. Qui Cellerarius item intranti conſignet, vt ſciat quid dat, aùt quid recipit. Septimanarij autem antè vnam horam refectionis accipiant ſuper ſtatutam annonam * ſingulos biberes, & panem: vt hora refectionis ſinè murmuratione, & graui labore ſeruiant fratribus ſuis. In diebus autem ſolemnibus vſquè ad Miſſas ſuſtineant. ¶ Intrantes, * & exeuntes hebdomadarij in oratorio, mox Matutinis finitis, Dominica omnium geni-*

al. omitt. charitas

al. Cellararius

al. lintea-mina

al. Cellario

al. recon ſignet

al. ſingulas

al. add. autem

*genibus prouoluantur, poſtulantes pro ſe orari.* * *Egredientes autem de ſeptimana dicant hunc Verſum, Benedictus es* * *Domine Deus, qui adiuuiſti me, & conſolatus es me. Quo dicto tertiò,* * *accipiat benedictionem egrediens. Subſequatur ingrediens, & dicat. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina. Et hoc idem tertiò repetatur ab omnibus. Et accepta benedictione, ingrediatur.* al. Egrediens Pſ. 85. al. Dñs Deus al. accepta benedictione Pſ. 69.

1 NVLLVS *excuſetur, &c.* Omnes Sacerdotes, & Clerici per vices in Coquinæ miniſterio adiuuent Conuerſos eius officij præcipuos miniſtros. Qui & ipſi per vices arbitrio Superioris, quantùm fieri poterit, inter ipſos mutandas ad Coquinam adhibeantur.

2 Sacerdotum, & Clericorum munus in Coquina exercendum è Rituali petatur. Sed & ipſos Superiores hortamur, vt cùm per occupationes licebit, hoc ipſo officio diligenter obeundo, exemplum ſanctæ humilitatis alijs præbere non grauentur. In illorum autem officium nemo ſe interponat,

nec in Coquinam ingrediatur. Eodemque modo in Infirmitorium, & in cellas Monaſterij, quales ſunt cellæ, Penuaria, Vinaria, Veſtiaria, Medicamentaria, & aliæ eiuſmodi, niſi de licentia Superioris generatim, vel nominatim conceſſa, non liceat introire: nec cùm neceſſitas iuſſerit, niſi permiſſu eorum, qui his cellis, aùt receptaculis præſunt.

3 *Singulos biberes, & panem, &c.* Mixti nomine Lectori menſæ, & ſeptimanarijs Coquinæ omni tempore, conceſſi, quatuor ad ſummùm panis vncias, & ſingulos vini ſcyphos intelligimus, nullo adhibito obſonio: diebus autem ieiunij Eccleſiaſtici ad ſummum duas vncias paulò antè lectionem ſumendas.

De

## *De Infirmis fratribus.*

### C A P. X X X V I.

*INfirmorum cura antè omnia, & ſuper omnia adhibenda eſt; vt ſicut re vera Chriſto, ita eis ſeruiatur; quia ipſe * dixit: Infirmus fui, & viſitaſtis me. Et quod feciſtis vni de his minimis; * mihi feciſtis. Sed & ipſi infirmi conſiderent in honorem Dei ſibi ſeruiri, & non ſuperfluitate ſua contriſtent fratres ſuos ſeruientes ſibi. Qui tamen patienter portandi ſunt: quià de talibus copioſior merces acquiritur. Ergò cura maxima ſit Abbati, ne aliquam negligentiam patiantur. Quibus fratribus infirmis ſit cella * per ſe deputata, & ſeruitor timens Deum, & diligens, ac ſolicitus. ¶ * Balneorum vſus infirmis quotiès expedit offeratur. Sanis autem, & maximè iuuenibus tardiùs concedatur. Sed & carnium eſus * infirmis, omninòque debilibus pro reparatione concedatur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant. Curam autem maximam*

Matt.5. al. dictu-rus eſt al. add. meis

al. ſuper ſe

al. Balnearum

al. infirmis omninò, debilibuſq; pro &c.

al. Cellarijs
al. neglegantur

*habeat Abbas, ne à * Cellerarijs, aùt ſeruitoribus * negligantur infirmi: quia ad ipſum reſpicit, quicquid à diſcipulis delinquitur.*

1 Ne *aliquam negligentiam patiantur*. Superior Monaſterij fratres infirmos frequenter inuiſat, & amanter conſoletur, maiorem etiam charitatem ijs præſtans, quàm quæ patrum naturalium in filios eſſe ſolet. Vt, qui in morbum inciderit, de Superioris licentia in Infirmitorium fuerit deductus, curet Infirmarius, vt quamprimùm peccata Sacerdoti confiteatur, & ipſum ægrum, tùm ad Confeſſionem, tùm ad ſacram Communionem hortetur. Videat etiam diligenter, vt qui grauiùs ægrotant, Extremæ Vnctionis Sacramento maturè muniantur.

2 Nullus Æger medicum conſulat, aùt ab eo remedium petat, niſi Superior nominatim permiſerit. Infirmarius medicum prudenter admoneat, vt cognita ratione morbi fratris cuiuſque, curationem, & remedia adhibenda non ægro, ſed ſibi ſeparatim exponat.

Ægri,

Ægri, vt medicis ſuis ſpiritualibus ad animæ ſalutem, ſic medicis corporalibus, & Infirmario ad ſalutem corporis ſanctè obediant. Si Ægri menſæ ſimul accumbentes plures tribus fuerint, lectio non deſit: eaque ſi fieri poteſt, per aliquem ex minus infirmis facienda. Cum quis Ægrorum cum quouis licentiam loquendi habuerit, loquantur in ipſo Infirmitorio voce ſubmiſſa.

3 *Balneorum vſus.* Balneorum nomine intelligimus domeſtica balnea. Quæ quidem ſi in aliquo Monaſterio fuerint, permitti poſſint, externa autem minimè; nec ea cuiquam concedi poſſint, niſi à Capitulo Generali, aùt ſi periculum eſſet in mora, ab Abbate Generali. Ægri ne propter infirmitatem infrequentiùs vtantur Confeſſione, aùt Communione, cùm potiùs earum præſidio frequentiùs quàm ſani, muniri debeant.

*

De

## *De Senibus, vel Infantibus.*

### *CAP. XXXVII.*

*Licet ipſa natura humana trahatur ad miſericordiam in his ætatibus ſenum videlicet, & infantum; tamen & Regulæ autoritas eis proſpiciat. Conſideretur ſemper in eis imbecillitas, & nullatenùs eis diſtrictio Regulæ teneatur in alimentis: ſed ſit in eis pia conſideratio, & præueniant horas Canonicas.*

1 Senes etſi non tàm ætate, quàm corporis imbecillitate conſiderandi ſint, ſexagenarios tamèn ſuprà Regularium ieiuniorum obſeruantiam omninò diſpenſatos eſſe volumus, præberique eiſdem carnes, ſi petierint mandamus. Huiuſmodi ſenum priuilegio gaudere etiam eos decernimus, qui omninò debiles fuerint, ſi tales ab Abbate Generali iudicati fuerint.

De

## *De Hebdomadario Lectore.*

### *CAP. XXXVIII.*

*MEnſis fratrum edentium lectio deeſſe non debet: nec * fortuito caſu, qui arripuerit codicem, legere audeat ibi, ſed lecturus tota hebdomada Dominica ingrediatur. Qui ingrediens poſt Miſſas, & Communionem, petat ab omnibus pro ſe orari, vt auertat ab eo Deus ſpiritum elationis. Et dicatur hic Verſus in Oratorio tertiò ab omnibus, ipſo tamen incipiente: Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Et ſic accepta benedictione, ingrediatur ad legendum. Summumque fiat ſilentium * ad menſam, vt nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſolius legentis ibi audiatur. ¶ Quæ verò neceſſaria ſunt comedentibus, & bibentibus, ſic ſibi inuicem miniſtrent fratres, vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, ſonitu cuiuſcunque ſigni potiùs petatur, quàm voce. Nec præſumat ibi aliquis de ipſa lectione, aùt aliundè quicquam*

al. ne fortuitu

Pſ. 50.

al. omitt. ad menſam

quam

al. add. maligno *quàm requirere, nè detur occaſio * : niſi fortè Prior voluerit pro ædificatione aliquid breuiter dicere. Frater autem Lector hebdomadarius accipiat mixtum priuſquàm incipiat legere, propter Communionem ſanctam, & nè fortè graue ſit ei ieiunium ſuſtinere : poſteà autem* l. miniſtris *cum Coquinæ hebdomadarijs, & * ſeruitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant, aùt cantent, ſed qui ædificent audientes.*

1 Mensis *fratrum*, &c. Vbi fuerit maior multitudo fratrum, ſecunda menſa lectione non careat.

2 *Lectio deeſſe non debet*. Legatur ad menſam primò caput Bibliorum latinè, deindè Vita Sanctorum, aùt certè alius liber ſpiritualis vulgari ſermone ſcriptus; vt non ſolùm latinè ſcientium, ſed etiam ipſorum Conuerſorum vtilitati conſulatur.

3 *Poſt Miſſas, & Communionem*, &c. Ex his verbis occaſionem nacti de ſacra Communione hæc ſtatuimus. Donati decimo quinto quoque die, & Feſtis Primæ Claſſis communicent, & frequentiùs ſi voluerint de licentia Confeſ-

feſſarij. Reliquos domeſticos Monaſterij Superior hortetur, vt ſingulis menſibus confiteantur, & communicent. Idque ſaltem quater in anno non liceat eis prætermittere.

4 Sacram Communionem antecedat Sacramentalis Confeſſio peccatorum. Teneantur quique non Sacerdotes ſemel in hebdomada confiteri, & communicare, die videlicet Dominico, & Feſtis etiam primæ Claſſis. Moneanturque Clerici, & Conuerſi, vt frequentiùs, ac ſaltem ſemel præter diem Dominicum confiteantur. Sacerdotes ter, aùt frequentiùs in hebdomada: bis certè non prætermittant. Qui Superioris permiſſu ſacra Communione interdùm abſtinuerit, Confeſſionem tamèn conſtituto tempore faciendam non prætermittat ſinè licentia Superioris.

5 Quod attinet ad caſus reſeruatos, ſeruetur Decretum Clementis VIII. Iulium, vel ſummam iulio æquiualentem furatum eſſe, in hac Congregatione peccatum mortale cenſeatur. Quarè

rè iuxta dictum Decretum caſus Superiori reſeruatus eſſe poſſit. Minoris autem pecuniæ, vel rei furtum minimè: cùm per id Decretum eius demùm furti peccatum reſeruari poſſit à Superiore, quod peccatum mortale eſt.

*6* Nemo conſtituatur Confeſſarius, tàm fratrum, quàm ſæcularium, niſi præuio examine approbatus, & habita in ſcriptis licentia, aùt à Viſitatoribus, aùt à Prouinciali, aùt ab ipſo Abbate Generali, aùt certè ab alijs eorum mandato. Quibus Superior cuiuſque Monaſterij proponat Sacerdotes, quos ei muneri idoneos iudicauerit. Si quo tamen caſu inciderit, vt repentè Confeſſarij Monachorum, ac fratrum deſint in Monaſterio, liceat Superiori eius præuio examine probatos Confeſſarios conſtituere, idque donec à Viſitatoribus, Prouinciali, vel Abbate Generali approbentur, vel improbentur. Confeſſarijs Monachorum ſic approbatis liceat accedente Superioris Monaſterij licentia, quorumuis Monaſterij fratrum,

trum, itemque domeſticorum ſæcularium, & poſtulantium habitum Congregationis, vt primùm in Monaſterium admiſſi ſunt, confeſſiones audire.

7 Superior Monaſterij fratri alicui Confeſſarium habenti alium ſpecialem Confeſſarium ad tempus aliquandò concedat, ſi petierit. Non liceat vlli noſtrum alij cuiquam Sacerdoti extraneo confiteri, niſi in itinere, cum deeſt Confeſſarius Congregationis.

8 Hic autèm fratres Congregationis magnoperè hortamur, vt cùm peccati morbo languentium animarum remedium confeſſione præſentiùs nullum ſit, præter ordinarias confeſſiones, bis in anno confeſſionem dimidij anni generalem faciant. In cuius rei gratiam Superiores Monaſterij caſus omnes ſibi reſeruatos, & poteſtatem ab eis abſoluendi, quam habent, non bis quidem, ſed ſemel in anno Confeſſarijs impertiant.

9 Nullus ad publicum examen mittatur, niſi anteà, vt ſuprà examinatus ſit,

ſit, & approbatus. Qui autem ſinè huiuſmodi approbatione, & licentia, vel cum ſola Epiſcopi, aùt alterius Ordinarij facultate ſæcularium Confeſſiones audire præſumpſerit; priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad audiendas Confeſſiones pœnam ipſo facto incurrat.

10 Non poſſint Confeſſarij, vel alij noſtrorum negotia temporalia quorumlibet ſæcularium procuranda, vel pertractanda ſuſcipere, niſi re priùs cum Superiore communicata, & de eius licentia.

## *De menſura ciborum.*

## CAP. XXXIX.

*SVfficere credimus ad refectionem quotidianam tàm Sextæ quàm Nonæ, omnibus * menſis cocta duo pulmentaria propter diuerſorum infirmitates: vt fortè qui ex vno non * poterit edere, ex alio reficiatur. Ergò duo pulmen-*

al. menſibus

al. potuerit

*mentaria cocta fratribus * ſufficiant, * & ſi fuerint indè poma, aiit naſcentia leguminum, addatur & tertium. Panis libra vna * propenſa ſufficiat in die, ſiue vna ſit refectio, ſiue prandij, & cœnæ. Quòd ſi cœnaturi ſunt, de eadem libra, tertia pars à Cellerario * reſeruetur reddenda cœnaturis. ¶ Quòd ſi labor fortè factus fuerit maior, in arbitrio, & poteſtate Abbatis erit, ſi expediat aliquid augere, remota præ omnibus crapula: vt nunquàm * ſubrepat Monacho indigeries: quia nihil ſic contrarium eſt omni Chriſtiano, quomodò crapula, ſicùt ait Dominus noſter: Videte ne grauentur corda veſtra in crapula, & * ebrietate. Pueris verò minori ætate non eadem ſeruetur quantitas, ſed minor, quàm maioribus, ſeruata in omnibus parcitate. Carnium verò quadrupedum, * omninò ab omnibus abſtineatur comeſtio, præter omninò debiles, & ægrotos.*

al. add. omnibus
al. & ſi fuerit, vnde poma
i. præponderata
al. à Cellerario ; ſeruetur
al. ſubripiat
*Luc.* 21.
al. omitt. ebrietate
al. omnimodo

1 Dvo *cocta pulmentaria, &c.* Communia cibaria Congregationis præter panem ſint omne genus leguminum, olerum, fructuum arborum, & lacticiniorum, ouorum item, & piſcium.

2 Iter facientes in ieiunijs regulari-

 bus,

bus, omninò diſpenſamus. Diebus quibuſcunquè ieiunij Eccleſiaſtici, & toto Aduentu ab ouis, & lacticinijs abſtineatur eodem modo, quo in Quadrageſima. In locis tamen olei penuria laborantibus, vbi ſæcularibus in ipſa Quadrageſima butyro pro oleo veſci licet, poſſit ijs temporibus Aduentus, & ieiuniorum butyrum pro oleo ad condiendos cibos duntaxat, non in opſonium, aùt pulmentum adhiberi.

3 Piſces apponendi non exquiſiti, aùt ſumptuoſi, ſed vulgares, & viles ſint, & qùalibus veſci ſolent pauperes: ne ſumptuoſæ lautitiæ indignitate ſanctæ paupertatis decus pulcherrimum violetur. Piſcium opſonij, non plus quinis vncijs in ſingulos fratres apponatur, aùt certè ſenis, ieiunij tempore. Nec oua, & piſces ſimul apponantur, nec oua plura binis in ſingulos. Simplex ſit, & minimè exquiſitus apparatus ciborum.

4 *Panis libra vna, &c.* Panis cibarius ſit, & communis. Hoſpitibus tamen & ægro-

ægrotis poſſit melior dari. Tantum panis apponatur in menſa, quantum neceſſe eſt, cum panis libra, quam Regula permittit, tanta ſit, vt cuicumque homini ſufficiat.

5 *Carnium verò quadrupedum, &c.* Multò magis volatilium; quod ab ipſis iter facientibus arctiſſimè ſeruetur, niſi propter eum morbum, qui in ipſo Monaſterio licentiam veſcendi carnibus mereretur. Itaquè ſciat hæc Congregatio omni victu cibatuque carnium cuiuſcunque generis ſibi eſſe penitùs interdictum.

6 Præcipimus ergò, ne quis tàm in Monaſterijs, quàm in Ciuitatibus, & locis, in quibus, vel propè quæ, ſita ſunt Monaſteria, & in Grangijs, ac Prædijs, vel à Monaſterijs dependentibus, vel vicinis, palam, vel furtiuè carnes comedere præſumat, aùt comedi permittat, niſi in caſibus, quos Regula, & Conſtitutiones, ſacrique Canones nominatim excipiunt. Superiores, qui contrà hoc Decretum fecerint, pœnam

ſuſpenſionis ab officio ad arbitrium Abbatis Generalis, aùt Prouincialis, ſeù ētiam Viſitatorum in actu Viſitationis incurrant. Monachi verò, qui in hoc deliquerint, priuentur voce actiua, & paſſiua. Conuerſi autem, & Donati, ſi carnes quoquè manducauerint, vel parauerint, carceri mancipentur per menſem ter in hebdomada eo durante in pane, & aqua ieiunantes.

7 Prohibemus etiam, ne quis huius à carnibus abſtinentiæ vllo vnquàm tempore, vel modo, per ſe, vel per alium, directè, vel indirectè, ex toto, vel ex parte diſpenſationem petat. Qui fecerit, procurauerit, aùt propoſuerit, ipſo facto voce actiua, & paſſiua priuatus in perpetuum careat, & ad quæcunque Congregationis officia factus inhabilis, alijs prætereà grauibus pœnis arbitrio Abbatis Generalis irrogandis puniatur: non obſtantibus quibuſcunque conceſſionibus victus carnium à Summis Pontificibus olim Ordini noſtro Ciſtercienſi datis, quibus ali-

quis

quis forſitan in perniciem regularis obſeruantiæ, qua hæc Congregatio vtitur, abuti velit.

8 Donati ijſdem cibis vtantur, quibus reliqua Congregatio, & ab idibus Septembris vſquè ad Paſcha in memoriam Paſſionis acerbiſſimæ Domini Noſtri IESV, ſexta quaque feria ieiunent: ſic tamen, vt liceat eis meridie refici, & ad Veſperam aliquantulùm panis, & vini pro collatione ſumere. Omnium ſanorum fratrum Monaſterij, tùm Superiorum, tùm ſubditorum ijdem prorsùs, & genere, & conditura, & quantitate cibi ſint: idemque panis, & vinum.

## *De menſura potus.*

## *C A P. XL.*

*VNuſquiſque proprium habet donum ex Deo, alius ſic, alius verò ſic. Et ideò cum aliqua ſcrupuloſitate à nobis menſura vi-* 1.Cor.7.

*ctus aliorum conſtituitur: tamen infirmorum contuentes imbecillitatem, credimus heminam vini per ſingulos ſufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abſtinentiæ, propriam ſe habituros mercedem ſciant. ¶ Quòd ſi, aùt loci neceſſitas, vel labor, aùt ardor æſtatis ampliùs popoſcerit, in arbitrio Prioris conſiſtat,* * *conſiderans in omnibus, ne* * *ſubrepat ſatietas, aùt ebrietas, licet legamus, vinum omninò Monachorum non eſſe. Sed quia noſtris temporibus id Monachis perſuaderi non poteſt, ſaltem vel hoc conſentiamus, vt non vſquè ad ſatietatem bibamus, ſed parciùs: quia vinum apoſtatare facit etiam Sapientes. Vbi autem neceſſitas loci expoſcit, vt nec ſupraſcripta menſura inueniri poſſit, ſed multò minus, aùt ex toto nihil, benedicant Deum, qui ibi habitant, & non murmurent.* * *Hoc ante omnia* * *admonentes, vt abſquè murmurationibus ſint.*

al. conſiderando al. ſurripiat

Eccl. 15

al: Hoc autem omninò al. admonemus

1 Heminam *vini, &c.* Quoniam parum conſtat, cuius menſuræ fuerit hæc hemina vini à Sancto Patre Benedicto in potum conſtituta, eam vini quantitatem exiſtimamus ſingulis eſſe apponendam,

qua,

qua, vtpotè neceſſitati ſuffectura, in tota Congregatione hactenùs vſi ſumus. Vinum non meracum, ſed dilutum aqua menſis apponatur. Diluatur autem pro ratione acrimoniæ: vt generoſo vino plus aquæ admiſceatur, vulgari minùs, arbitrio Superiorum. Apponatur etiam vrceolus aquæ, vt poſſit qui voluerit, etiam dilutiùs bibere.

2 Quibus propter laborem, quo ſe fatigauerint, aùt propter naturalem conſtitutionem corporis menſura communis non ſuffecerit, Superior, cùm id ita eſſe compererit, poſſit, quod deeſt ei menſuræ, quantùm neceſſitas, non quantùm intemperantia poſtulauerit, ſupplere. Quod quidem ſi ad longum tempus concedendum ſit, adhibitis in conſilium Senioribus, concedat. Quiſquis vino prorsùs abſtinere voluerit, id ſinè licentia non poſſit.

3 Scyphis, aùt pateris alijs, quàm fictilibus, aùt ligneis vtraque manu ori admouendis vti non liceat. Nulli liceat extra refectionis tempus, nèc ſanis ex-

trà Refectorium, nèc Infirmis extrà Infirmitorium bibere, niſi nominatim conceſſum fuerit, ſanis quidem à Superiore, infirmis autem ab Infirmario.

al. qualis
al. oportet

## * *Quibus horis * oportcat reficere fratres.*

## *CAP. XLI.*

al. ſine ad

*A Sancto Paſcha vſquè * ad Pentecoſten, ad Sextam reficiant fratres, & ad ſeram cœnent. A Pentecoſte autem tota æſtate (ſi labores agrorum non habent Monachi, aùt nimietas æſtatis non perturbat) Quarta, & Sexta feria ieiunent vſquè ad Nonam; reliquis * verò diebus ad Sextam prandeant. Quæ prandij Sexta, ſi opera in agris habuerint, aùt æſtatis feruor nimius fuerit, continuanda erit, & in Abbatis ſit prouidentia. Et ſic omnia temperet atquè diſponat, qualiter & animæ ſaluentur, & quod faciunt fratres, abſquè * vlla murmuratione faciant. ¶ Ab Idibus autem * Septembris vſquè * ad caput Quadrageſimæ, ad*

al. ſine verò

al. iuſta
al. Septẽbribus
al. ſine ad

*ad Nonam ſemper reficiant. * In Quadrageſima verò vſquè * ad Paſcha ad Veſperam reficiant. Ipſa tamen Veſpera ſic agatur, vt * lumine lucernæ non indigeant reficientes: ſed luce adhuc diei omnia conſumentur, ſed & omni tempore, ſiuè prandij, ſiuè cœnæ, refectionis hora ſic temperetur, vt cum luce * fiant omnia.*

al. add. fratres
al. in
al. lumen
al. omit. prandij
al. add. diei

1 IEIVNENT *vſque ad Nonam, &c.* Diebus ieiuniorum, tùm hyeme, tùm æſtate, præterquàm in Quadrageſima, fratres à Nona hora antè meridiem celebranda exeuntes ad Refectorium accedant.

2 *In Quadrageſima verò, &c.* In Quadrageſima cùm Nona ſic dicta fuerit ante meridiem, vt inter ipſam, & Veſperas hora antè meridiem dicendas aliquantùm temporis interiectum ſit, Veſperis abſolutis ad refectionem eatur. Omni die ieiunij regularis extrà Aduentum in collatione ſerotina à Paſchate ad 13. Septembris incluſiuè antè, & ab hac die vſquè ad Paſcha poſt Completorium ſumenda, cum pane, qui vncias

cias quatuor excedere non debet, ſingulis fratribus acetarium apponatur crudum, vel coctum, vel aliquis fructus coctus item, vel crudus, & nihil aliud, quod ieiunio Eccleſiaſtico incompatibile ſit.

3 Diſpenſamus autem, vt in Feſtis omnibus, tàm primæ Claſſis, quàm Beatæ Mariæ Virginis, & ab Eccleſia præceptis, quæ extra Aduentum occurrerint, itemquè in Natalitijs Sanctorum Mauri, & Placidi, & in Feſto Omnium Sanctorum Monachorum propter eorum reuerentiam non ieiunetur.

4 Nullum cibi genus apponatur in ſecunda menſa, quod in priore appoſitum non fuerit. Qui fortè in menſa iure, vel vino effuſo mantile ſuum fœdauerit, aùt alia quauis grauiore imprudentia peccauerit, ſurgat, & pro ratione erroris Pſalmum *De profundis*, vel *Miſerere mei*, ſtans in loco ſuo voce ſubmiſſa pronuntiet.

5 Nullus fratrum priori menſæ ſinè

nè licentia Superioris deſit, præter Seruitores, Miniſtros Coquinæ, & Lectorem. Qui autem defuerint, obeant ſecundam menſam, ne tertiam addi vnquàm neceſſe ſit. Nemo explicet mantile ſuum, aùt edere incipiat antè ſignum ab eo, qui præſidet in Refectorio datum: quod quidem poſt inchoatam lectionem dari debet. Nec rursùs peracta refectione quiſquàm complicet mantile ſuum, niſi Præſes ſignum dederit.

6 Nullus extrà Refectorium, & refectionis horas quicquam cibi, vel potus capiat, niſi Superior nominatim permiſerit. A Paſchate ad feſtum Sanctæ Crucis in capite ieiuniorum antè Completorium, reliquo verò tempore, poſt Completorium cœnetur.

* *
*

*Vt*

al. De taciturnitate

## * *Vt poſt Completorium nemo loquatur.*

### *CAP. XLII.*

al. ſilentium

*Omni tempore, * ſilentio debent ſtudere Monachi, maximè tamen nocturnis horis. Et ideò omni tempore, ſiuè ieiunij, ſiuè prandij, ſi tempus fuerit prandij, mox vt ſurrexerint à cœna ſedeant omnes in vnum, & legat vnus * Collationes, vel Vitas Patrum, aùt certè aliquid, quod ædificet audientes: Non autem * Heptateuchum, aùt Regum: quia infirmis intellectibus non erit vtile illa hora hanc Scripturam audire: alijs verò horis legantur. Si autem ieiunij dies * fuerit, dicta Veſpera paruo interuallo, mox accedant ad lectionem Collationum, vt diximus, & lectis quatuor, aùt quinque folijs, vel quantum hora permittit, omnibus in vnum * occurrentibus, per hanc moram lectionis, * ſi quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergo in vnum poſiti compleant: & exeuntes, à * Com-*

i. Ioan. Caſſiani

al. Heptaticum ſunt primi vij. libri Sac. Script.

al. fuerint

al. omit. Collationum

al. concurrentibus

al. ſi qui

* *Completorio nulla ſit licentia denuò cuiquam loqui aliquid. Quod ſi inuentus fuerit quiſquam* * *præuaricari hanc taciturnitatis regulam,* * *grauiori vindictæ ſubiaceat: Excepto ſi neceſſitas hoſpitum ſuperuenerit, aùt fortè Abbas alicui aliquid iuſſerit. Quod tamèn, & ipſum cum ſumma grauitate, & moderatione* * *honeſtiſſimè fiat.*

al.à Completorijs
al.præuaricare
al. graui
al.honeſtiſſima

1 OMNI *tempore, &c.* In Oratorio, Dormitorio, Refectorio, Clauſtris, & Capitulo non ſolùm poſt Completorium, ſed reliquo etiam omni tempore inuiolabilis ſilentij lex ſeruetur. Nec diſpenſet Superior, vt in ijs locis ſilentium frangatur, niſi neceſſitas vrgeat. Arctiſſimè etiam ſeruetur ſilentium in toto Monaſterio à Completorio ad exitum à Prima diei ſequentis, itemquè meridianæ quietis tempore, videlicet à prandio vſquè ad Nonam. Alijs autem horis liceat de rebus neceſſarijs breuiter loqui. Sermonem autem longiorem habere, aùt extraneos alloqui ſinè licentia fas non ſit. Dùm Horæ Canonicæ celebrantur, ſilentium ſit in toto Mo-

Monaſterio, nec tùm niſi propter neceſſitatem, & ſubmiſſa voce, loqui liceat. Eadem lege, qua ſilentium indicitur, prohibetur etiam omnis ſtrepitus in Monaſterio. Quarè omnibus horis ſilentij ſumma religione caueant fratres, ne quod opus faciant, quo ſtrepitus, aùt fragor, aùt ſtridor excitetur.

al. ijs al. occurrerint

## *De * his, qui ad opus Dei, vel ad menſam tardè occurrunt.*

## CAP. XLIII.

*AD horam Diuini Officij mox, vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus quælibet fuerint in manibus, ſumma cum feſtinatione curratur: cum grauitate tamèn, vt non ſcurrilitas inueniat fomitem. Ergò nihil operi Dei præponatur. Quòd ſi quis * ad nocturnas vigilias poſt Gloriam Pſalmi nonageſimi quarti ( quem propter hoc omninò * protrahendo, & mo-*

al. in nocturnis vigilijs

al. ſubtrahendo

moroſè volumus dici) occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in Choro, ſed vltimus omnium ſtet, aùt in loco, quem talibus * negligentibus ſeorſum conſtituerit Abbas, vt videatur ab ipſo, vel ab omnibus, vſquè dum completo opere Dei, publica ſatisfactione pœniteat. ¶ Ideò autem eos in vltimo, aùt ſeorſum iudicauimus debere ſtare: vt viſi ab omnibus, vel pro ipſa verecundia ſua emendentur. Nam ſi * extrà Oratorium remaneant, erit fortè talis, qui ſe aùt recollocet, & dormiat, aùt certè ſedeat * foris, vel fabulis vacet, & detur occaſio maligno: ſed ingrediatur * intrò, vt nec totum perdat, & de reliquo emendetur. Diurnis autem horis, qui ad opus Dei poſt Verſum, & Gloriam primi Pſalmi, qui poſt Verſum dicitur, occurrerit, lege qua ſupra diximus, in vltimo ſtet *, nec præſumat ſociari Choro pſallentium, vſquè ad ſatisfactionem: niſi fortè Abbas licentiam dederit permiſſione ſua; ita tamen, vt ſatisfaciat reus ex hoc. ¶ Ad * menſam autem, qui àntè Verſum non occurrerit, vt ſimul omnes dicant Verſum, & orent, & ſub vno * ſimul omnes accedant ad menſam, qui per negligentiam ſuam, aùt vitium non occurrerit, vſquè ad ſecundam vi-

al. neglegentibus

al. ſi foris Oratorio

al. foras Oratoriũ

al. add. ſibi

al. intus

al. add. loco

al. horã verò refectionis

al. omitt. ſimul

*vicem propter hoc corripiatur: ſi denuò non emendauerit, non permittatur ad menſæ communis participationem; ſed ſequeſtratus à conſortio omnium, reficiat ſolus, ſublata ei portione*

al. de vino *ſua * vini, vſquè ad ſatisfactionem, & emendationem. Similiter autem patiatur, qui ad illum verſum non fuerit præſens, qui poſt cibum*

al. Fr, ne quis præſumat *dicitur. * Nec quiſquam præſumat antè ſtatutam horam, vel poſtea quicquam cibi, vel*

al. præſumere *potus * ſumere. Sed & ſi cui offertur aliquid*

al. renuit *à Priore, & accipere * renuerit, hora qua deſiderauerit hoc, quod prius recuſauit, aùt aliud*

al. nihil accipiat *omninò * non percipiat vſquè ad emendationem congruam.*

1 Ad *horam diuini Officij, &c.* Cùm Officium Beatiſſimæ Virginis ad formam Breuiarij Monaſtici ſuſceptum ſolum Nocturnis, & Veſperis Officij maioris præcurrat, ſtatuimus, vt qui in eius Officij Beatiſſimæ Virginis Nocturnis ad *Gloria Patri* primi Pſalmi, qui poſt Hymnum dicitur, aùt in diurnis Horis ad *Gloria Patri* primi Pſalmi non affuerit, aùt initio Completorij, cùm dicitur, *Adiutorium noſtrum in nomine Dominì*, de-

deſuerit, in negligentiæ pœnam non in locum ſuum, ſed in eum, qui peccantibus in hoc genere conſtitutus eſt, toti Choro conſpicuus ſe conferat: ibique ſtans moretur, donèc Præſes Chori ſigno dato poteſtatem ei faciat alijs ſeſe in ordine ſuo adiungendi. Qui in Miſſæ celebratione occupatus, aùt aliàs conceſſu Superioris diſtentus ad diuinum Officium, aùt ad menſam in tempore adeſſe non potuerit, is ſtatim ſinè vlla ſatisfactione locum ſuum petat.

2 *Vſquè ad ſecundam vicem corripiatur, &c.* Hæ duæ caſtigationes ſic fiant. Qui defuerit Verſui *Gloria Patri*, qui menſæ Benedictionem antecedit, ſatisfaciat ſuper genua, hoc eſt flexis genibus, & capite paulùm inclinato, donec ſurgendi ſignum det, qui præeſt. Superior ſi tardiùs, quàm ſuprà conſtitutum eſt, in Chorum venerit, accedat & ipſe ad locum negligentibus deſtinatum: ibique cùm ſatisfecerit, locum ſuum petat. Similiter ſi poſt *Gloria Patri*, quod antè Benedictionem menſæ dicitur, in Refe-

ctorium venerit, antè locum ſuum inclinet, & dicto verſu petat locum ſuum. Si quis dùm in Choro, Capitulo, aùt alio quocunque congregatorum fratrum cœtu eſt, opus habet ad breue tempus indè diſcedere, is ex ipſo loco ſuo ſe verſus eum, qui præeſt, inclinet. Qui autem diſcedere volet non reuerſurus, genu flexo antè ipſum Præſidem, verbo, vel ſigno licentiam accipiat.

al. ijs

## *De * his, qui excommunicantur, quomodò ſatisfaciant.*

## CAP. XLIV.

al. grauiori culpa — al. percelebratur — al. terrā — al. ſtratus — al. ſine, ſe

*QVi pro * grauioribus culpis ab Oratorio, & à menſa excommunicatur, hora, qua opus Dei in Oratorio * celebratur, antè fores Oratorij proſtratus iaceat nihil dicens, niſi tantùm poſito in terra capite, & * proſtratus pronus omnium de Oratorio exeuntium pedibus * ſe proijciat. Et hoc tandiù faciat, vſquè dùm Abbas indicauerit ſatisfactum eſſe. Qui, dùm*

iuſſus

*iuſſus ab Abbate venerit, prouoluat ſe ipſius Ab-
batis * pedibus, deinde omnium veſtigijs * fra- al. omitt. pedibus
trum, vt orent pro eo. ¶ Et tunc ſi iuſſerit al. fine, fratrum
Abbas, recipiatur in Choro, vel * in ordine, al. fine, in
quo Abbas decreuerit: ita ſanè, vt Pſalmum,
aùt Lectionem, vel aliud quid non præſumat
in Oratorio imponere, niſi iterùm Abbas iubeat.
Et omnibus horis dùm completur opus Dei,
proijciat ſe in * terram in loco, in quo ſtat: & al. in terra
ſic ſatisfaciat, vſquè dum ei iubeat * Abbas, vt al. add. iterùm
quieſcat * iam ab hac ſatisfactione. Qui verò al. fine, iam
pro leuibus culpis excommunicantur tantùm à
menſa, in Oratorio ſatisfaciant vſquè ad iuſ-
ſionem Abbatis * hoc ſemper faciant, vſquè dùm al. & tamdiù hoc perficiāt
benedicat, & dicat, ſufficit.*

## * *De his, qui falluntur in Oratorio.* al. ijs

## *CAP. XLV.*

*SI quis dùm pronunciat Pſalmum, Reſpon- al. fine, aut
ſorium, * aùt Antiphonam, vel Lectio- al. & fefellerit
nem * fallitur, niſi * cum ſatisfactione ibì co- al. fine, cum*

N 2 *ram*

*ram omnibus humiliatus fuerit, maiorì vindictæ ſubiaceat: quippè qui noluit humilitate corrigere, quod negligentia deliquit. Infantes* verò pro tali culpa vapulent.*

al. autem

1 SI *quis dùm pronuntiat, &c.* Quotiès quis in Choro pſallens malè pronuntiat, aùt in incipiendo verſu præceps, aùt in finiendo tardus eſt, aùt aliud quidpiam incauta pronuntiatione leuiter peccat, totiès pro errore terram manu tangens ſatisfaciat. Qui verò in Antiphona, aùt Pſalmo imponendo, aùt in alio quouis eorum, quæ Choro audiente vnus pronuntiat, errauerit, oſculetur terram.

al. ijs
al. de his qui in aliquibus rebus leuibus delinquunt
al. de his qui in leuibus rebus delinquunt
& al. coniūgſit hoc cap. cum anteced.
al. Monaſterio

## **De his, qui in alijs quibuslibet rebus delinquunt.*

## *CAP. XLVI.*

S*I quis dum in labore quouis in Coquina, in Cellario, in* miniſterio, in piſtrino, in horto, in arte aliqua dum laborat, vel in quocunquè*

*cunquè loco aliquid deliquerit, aùt fregerit quippiam, aùt perdiderit, vel aliud quid exceſſerit vbi vbi, & non veniens continuò antè Abbatem, vel Congregationem, ipſe vltrò ſatisfecerit, & prodiderit delictum ſuum: dùm per alium cognitum fuerit, maiori ſubiaceat emendationi. Si animæ verò peccati cauſa latens fuerit: tantùm Abbati, aùt Spiritualibus Senioribus patefaciat, qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera non detegere, * aùt publicare.* al. & publicare

1 ANTÈ *Congregationem ipſe vltrò ſatisfecerit, &c.* Ternis diebus ſingularum hebdomadarum, hoc eſt, feria ſecunda, quinta, & Sabbato, niſi in feſtis primæ Claſſis occurrerint, Capitulum habeatur in quoquè Monaſterio, ad recognoſcendas, & emendandas culpas. In quo ſeruetur ordo, & ratio in Rituali deſcripta. In eo Capitulo vnuſquiſque fratrum ſe de peccatis externis, quæ contrà Regulam, Conſtitutiones, vel præcepta Superioris admiſerit, breuiter, & apertè palàm ipſe accuſet, & pœnitentiam à Superiore indictam æquo animo accipiat, religioſèque ſubeat. Id

videlicet menti S. P. Benedicti iubentis hoc loco Regulæ, vt antè Congregationem eatur ad ſatisfaciendum pro culpa, maximè conſentaneum eſt. Poſſint etiam qui deliquerint, non expectato Capitulo, continuò poſt admiſſum delictum apud Superiorem ſatisfacere.

2 Qui proclamatus fuerit, aùt ſe ipſum proclamauerit, toto corpore humi proſtratus iaceat, & iuſſus ſurgere profundè ſe inclinet, expectans indicendam pœnitentiam. Non prætermittatur officium fraternæ correctionis ab ipſo Domino præceptum, iuxtà Sanctorum Patrum præſcriptum in grauiùs peccantes religioſè præſtandum: quod huiuſmodi eſt. Qui peccare fratrem animaduertit, opportunum tempus, & locum nactus, eum primò remotis arbitris ſecretò moneat, modum ad emendationem quàm maximè accommodatum adhibens. Si perſtet ille in peccato, coràm vno, aùt altero vocatis iterum moneat: vt peccans eorum

rum vnà commonentium conſentiente iudicio, aùt etiam autoritate moueatur, vel certè teſtimonio, ſi opus fuerit, conuincatur. Quod ſi ne tunc quidem vitium emendet, tùm ſanè palàm in Capitulo, vel apud Superiorem ſeparatim eum deferat, vt qui ad monentium voces obſurduit, ſaltem pœnæ à Regula, vel Conſtitutionibus præſcriptæ, vel arbitrio Superioris inferendæ acerbitate commotus expergefiat, & reſipiſcat. Sint autem, qui ad ſecundam monitionem adhibentur, Seniores, aùt alij virtute præſtantes, quorum conſentiens cum admonente iudicium plus habeat ponderis ad peccantem promouendum.

3 Si compertum fuerit, aliqua peccata committi magnum damnum Monaſterio, aùt multis allatura, niſi celeriter comprimantur, periculumque ſit in mora, ſi monitionis fraternæ ratio, quàm diximus, ſeruetur, aùt ſpes fratris monitione corrigendi nulla appareat, prætermiſſa monitione res ad Su-

periorem deferatur: ſi tamen explorata fuerit. Qui monitionis officium præſtaturus erit, id magna cautione prudentiaque faciat, præſertim ſi ætatis grauitas, aùt longi temporis in religione tranſacti autoritas illi defuerit. Omni remota arrogantia, & indignatione rei ſuaptè natura moleſtæ aſperitatem ſumma manſuetudine, humilitate, & ſpiritu lenitatis, & charitatis planè fraternæ temperet, atquè condiat, conſiderans ſeipſum, ne & ipſe tentetur, & reprehendendi fratris initium à ſui reprehenſione ducens.

4 Pœnæ, aùt pœnitentiæ à Superiore Monaſterij conſtituantur. In grauiſſimis tamen, quales ſunt, quas deſcripſimus cap. 28. conſulat Prouincialem, aùt etiam Abbatem Generalem, qui de participatione ſuorum reſpectiuè Conſiliariorum pœnam conſtituat: quod quidem de peccatis manifeſtis intelligi volumus.

5 Huiuſmodi autem Capitula cùm de cauſis, & remedijs vitiorum differendi

di campum ingentem aperiant, eam occaſionem Superior non amittat de manibus, ſed opportunitatem oblatam ad admonendos ſuos diligenter arripiat.

## *De ſignificanda hora operis Dei.*

## *CAP. XLVII.*

** NVntianda hora operis Dei die, noctuque ſit cura Abbati, aùt ipſe * nuntiare: aùt tali ſolicito fratri iniungat hanc curam, vt omnia horis competentibus compleantur. Pſalmos autem, vel Antiphonas poſt Abbatem ordine ſuo, quibus iuſſum fuerit imponant. Cantare autem, aùt legere non præſumat, niſi qui poteſt ipſum officium implere, vt ædificentur audientes. Quòd cum humilitate, & grauitate, & tremore * faciat, & cui iuſſerit Abbas.* al. nunciandæ horæ al. nũciet al. fiat

1 TALI *ſolicito fratri iniungat, &c.* Sacriſtæ, vel alterius prudentis, & attenti fratris, cui Superior mandauerit, partes ſint Officij cuiuſque diuini die, noctuque

*vicem propter hoc corripiatur: ſi denuò non emendauerit, non permittatur ad menſæ communis participationem; ſed ſequeſtratus à conſortio omnium, reficiat ſolus, ſublata ei portione* al. de vino *ſua * vini, vſquè ad ſatisfactionem, & emendationem. Similiter autem patiatur, qui ad illum verſum non fuerit præſens, qui poſt cibum* al. Fr, ne quis præſumat *dicitur. * Nec quiſquam præſumat antè ſtatutam horam, vel poſtea quicquam cibi, vel* al. præſumere *potus * ſumere. Sed & ſi cui offertur aliquid* al. renuit *à Priore, & accipere * renuerit, hora qua deſiderauerit hoc, quod prius recuſauit, aùt aliud* al. nihil accipiat *omninò * non percipiat vſquè ad emendationem congruam.*

1 Ad *horam diuini Officij, &c.* Cùm Officium Beatiſſimæ Virginis ad formam Breuiarij Monaſtici ſuſceptum ſolum Nocturnis, & Veſperis Officij maioris præcurrat, ſtatuimus, vt qui in eius Officij Beatiſſimæ Virginis Nocturnis ad *Gloria Patri* primi Pſalmi, qui poſt Hymnum dicitur, aùt in diurnis Horis ad *Gloria Patri* primi Pſalmi non affuerit, aùt initio Completorij, cùm dicitur, *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*, de-

defuerit, in negligentiæ pœnam non in locum ſuum, ſed in eum, qui peccantibus in hoc genere conſtitutus eſt, toti Choro conſpicuus ſe conferat: ibique ſtans moretur, donèc Præſes Chori ſigno dato poteſtatem ei faciat alijs ſeſe in ordine ſuo adiungendi. Qui in Miſſæ celebratione occupatus, aùt aliàs conceſſu Superioris diſtentus ad diuinum Officium, aùt ad menſam in tempore adeſſe non potuerit, is ſtatim ſinè vlla ſatisfactione locum ſuum petat.

2 *Vſquè ad ſecundam vicem corripiatur, &c.* Hæ duæ caſtigationes ſic fiant. Qui defuerit Verſui *Gloria Patri*, qui menſæ Benedictionem antecedit, ſatisfaciat ſuper genua, hoc eſt flexis genibus, & capite paulùm inclinato, donec ſurgendi ſignum det, qui præeſt. Superior ſi tardiùs, quàm ſuprà conſtitutum eſt, in Chorum venerit, accedat & ipſe ad locum negligentibus deſtinatum: ibique cùm ſatisfecerit, locum ſuum petat. Similiter ſi poſt *Gloria Patri*, quod antè Benedictionem menſæ dicitur, in Refe-

ctorium venerit, antè locum ſuum inclinet, & dicto verſu petat locum ſuum. Si quis dùm in Choro, Capitulo, aùt alio quocunque congregatorum fratrum cœtu eſt, opus habet ad breue tempus indè diſcedere, is ex ipſo loco ſuo ſe verſus eum, qui præeſt, inclinet. Qui autem diſcedere volet non reuerſurus, genu flexo antè ipſum Præſidem, verbo, vel ſigno licentiam accipiat.

al. iis

## *De * his, qui excommunicantur, quomodò ſatisfaciant.*

## CAP. XLIV.

al. grauiori culpa

al. percelebratur

al. terrâ

al. ſtratus

al. ſine, ſe

*QVi pro * grauioribus culpis ab Oratorio, & à menſa excommunicatur, hora, qua opus Dei in Oratorio * celebratur, antè fores Oratorij proſtratus iaceat nihil dicens, niſi tantùm poſito in terra capite, & * proſtratus pronus omnium de Oratorio exeuntium pedibus * ſe projiciat. Et hoc tandiù faciat, vſquè dùm Abbas iudicauerit ſatisfactum eſſe. Qui, dùm*

*iuſſus*

*iuſſus ab Abbate venerit, prouoluat ſe ipſius Ab-
batis * pedibus, deinde omnium veſtigijs * fra-* al. omitt.
*trum, vt orent pro eo. ¶ Et tunc ſi iuſſerit* pedibus al. ſine,
*Abbas, recipiatur in Choro, vel * in ordine,* fratrum al, ſine, in
*quo Abbas decreuerit: ita ſanè, vt Pſalmum,
aùt Lectionem, vel aliud quid non præſumat
in Oratorio imponere, niſi iterùm Abbas iubeat.
Et omnibus horis dùm completur opus Dei,
proijciat ſe in * terram in loco, in quo ſtat: &* al. in terra.
*ſic ſatisfaciat, vſquè dum ei iubeat * Abbas, vt* al. add. iterùm
*quieſcat * iam ab hac ſatisfactione. Qui verò* al. ſine, iam;
*pro leuibus culpis excommunicantur tantùm à
menſa, in Oratorio ſatisfaciant vſquè ad iuſ-
ſionem Abbatis * hoc ſemper faciant, vſquè dùm* al. & tandiù hoc
*benedicat, & dicat, ſufficit.* perficiãt

## * *De his, qui falluntur in Oratorio.* al. ijs

## *CAP. XLV.*

*SI quis dùm pronunciat Pſalmum, Reſpon-
ſorium, * aùt Antiphonam, vel Lectio-* al. ſine, aut al. & fefellerit
*nem * fallitur, niſi * cum ſatisfactione ibì co-* al. ſine, cum

*ram omnibus humiliatus fuerit, maiorì vindicta ſubiaceat: quippè qui noluit humilitate corrigere, quod negligentia deliquit. Infantes* verò pro tali culpa vapulent.*

al. autem

1 Si *quis dùm pronuntiat, &c.* Quotiès quis in Choro pſallens malè pronuntiat, aùt in incipiendo verſu præceps, aùt in finiendo tardus eſt, aùt aliud quidpiam incauta pronuntiatione leuiter peccat, totiès pro errore terram manu tangens ſatisfaciat. Qui verò in Antiphona, aùt Pſalmo imponendo, aùt in alio quouis eorum, quæ Choro audiente vnus pronuntiat, errauerit, oſculetur terram.

al. ijs al. de his qui in ali quibus rebus leuibus delinquunt al. de his qui in leuibus rebus delinquunt & al. coniūgūt hoc cap. cum anteced. al. Monaſterio

## * *De his, qui in alijs quibuslibet rebus delinquunt.*

## *CAP. XLVI.*

*SI quis dum in labore quouis in Coquina, in Cellario, in* miniſterio, in piſtrino, in horto, in arte aliqua dum laborat, vel in quocunquè*

*cunquè loco aliquid deliquerit, aùt fregerit quippiam, aùt perdiderit, vel aliud quid exceſſerit vbi vbi, & non veniens continuò antè Abbatem, vel Congregationem, ipſe vltrò ſatisfecerit, & prodiderit delictum ſuum: dùm per alium cognitum fuerit, maiori ſubiaceat emendationi. Si animæ verò peccati cauſa latens fuerit: tantùm Abbati, aùt Spiritualibus Senioribus patefaciat, qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera non detegere, * aùt publicare,* al. & publicare

I ANTÈ *Congregationem ipſe vltrò ſatiſfecerit, &c.* Ternis diebus ſingularum hebdomadarum, hoc eſt, feria ſecunda, quinta, & Sabbato, niſi in feſtis primæ Claſſis occurrerint. Capitulum habeatur in quoquè Monaſterio, ad recognoſcendas, & emendandas culpas. In quo ſeruetur ordo, & ratio in Rituali deſcripta. In eo Capitulo vnuſquiſque fratrum ſe de peccatis externis, quæ contrà Regulam, Conſtitutiones, vel præcepta Superioris admiſerit, breuiter, & apertè palàm ipſe accuſet, & pœnitentiam à Superiore indictam æquo animo accipiat, religioſèque ſubeat. Id

videlicet menti S. P. Benedicti iubentis hoc loco Regulæ, vt antè Congregationem eatur ad ſatisfaciendum pro culpa, maximè conſentaneum eſt. Poſſint etiam qui deliquerint, non expectato Capitulo, continuò poſt admiſſum delictum apud Superiorem ſatisfacere.

2 Qui proclamatus fuerit, aùt ſe ipſum proclamauerit, toto corpore humi proſtratus iaceat, & iuſſus ſurgere profundè ſe inclinet, expectans indicendam pœnitentiam. Non prætermittatur officium fraternæ correctionis ab ipſo Domino præceptum, iuxtà Sanctorum Patrum præſcriptum in grauiùs peccantes religiosè præſtandum: quod huiuſmodi eſt. Qui peccare fratrem animaduertit, opportunum tempus, & locum nactus, eum primò remotis arbitris ſecretò moneat, modum ad emendationem quàm maximè accommodatum adhibens. Si perſtet ille in peccato, coràm vno, aùt altero vocatis iterum moneat: vt peccans eo-

rum

rum vnà commonentium conſentiente iudicio, aùt etiam autoritate moueatur, vel certè teſtimonio, ſi opus fuerit, conuincatur. Quod ſi ne tunc quidem vitium emendet, tùm ſanè palàm in Capitulo, vel apud Superiorem ſeparatim eum deferat, vt qui ad monentium voces obſurduit, ſaltem pœnæ à Regula, vel Conſtitutionibus præſcriptæ, vel arbitrio Superioris inferendæ acerbitate commotus expergeſiat, & reſipiſcat. Sint autem, qui ad ſecundam monitionem adhibentur, Seniores, aùt alij virtute præſtantes, quorum conſentiens cum admonente iudicium plus habeat ponderis ad peccantem promouendum.

3 Si compertum fuerit, aliqua peccata committi magnum damnum Monaſterio, aùt multis allatura, niſi celeriter comprimantur, periculumque ſit in mora, ſi monitionis fraternæ ratio, quàm diximus, ſeruetur, aùt ſpes fratris monitione corrigendi nulla appareat, prætermiſſa monitione res ad Su-

periorem deferatur : ſi tamen explorata fuerit. Qui monitionis officium præſtaturus erit, id magna cautione prudentiaque faciat , præſertim ſi ætatis grauitas, aùt longi temporis in religione tranſacti autoritas illi defuerit. Omni remota arrogantia, & indignatione rei ſuaptè natura moleſtæ aſperitatem ſumma manſuetudine , humilitate , & ſpiritu lenitatis, & charitatis planè fraternæ temperet, atquè condiat, conſiderans ſeipſum, ne & ipſe tentetur , & reprehendendi fratris initium à ſui reprehenſione ducens.

4 Pœnæ, aùt pœnitentiæ à Superiore Monaſterij conſtituantur. In grauiſſimis tamen, quales ſunt, quas deſcripſimus cap. 28. conſulat Prouincialem, aùt etiam Abbatem Generalem, qui de participatione ſuorum reſpectiuè Conſiliariorum pœnam conſtituat: quod quidem de peccatis manifeſtis intelligi volumus.

5 Huiuſmodi autem Capitula cùm de cauſis, & remedijs vitiorum differendi

di campum ingentem aperiant, eam occaſionem Superior non amittat de manibus, ſed opportunitatem oblatam ad admonendos ſuos diligenter arripiat.

## *De ſignificanda hora operis Dei.*

## CAP. XLVII.

*N*Vntianda hora operis Dei die, noctuque ſit cura Abbati, aut ipſe * nuntiare: aut tali ſolicito fratri iniungat hanc curam, vt omnia horis competentibus compleantur. Pſalmos autem, vel Antiphonas poſt Abbatem ordine ſuo, quibus iuſſum fuerit imponant. Cantare autem, aut legere non præſumat, niſi qui poteſt ipſum officium implere, vt ædificentur audientes. Quod cum humilitate, & grauitate, & tremore * faciat, & cui iuſſerit Abbas.* al. nunciandæ horæ al. nficiet al. fiat

1 TALI *ſolicito fratri iniungat, &c.* Sacriſtæ, vel alterius prudentis, & attenti fratris, cui Superior mandauerit, partes ſint Officij cuiuſque diuini die, noctuque

ctuque celebrandi ſignum pulſu tintinnabuli dare, & fratres è ſomno, tùm antè vigilias, tùm poſt quietem meridianam crepitaculi ſonitu excitare. Sit autem Sacriſta, ſi fieri poterit, ex ordine Sacerdotum, aùt certè Diaconorum.

2 In qualibet Sacriſtia Capſula ſit duabus clauibus obſeranda, quarum vna ſit penes Superiorem, altera apud Sacriſtam: in ea reponantur omnes pecuniæ, quæ veniunt tùm pro Miſſis celebrandis, tùm pro eleemoſynis. Eodem tempore, quo dictæ pecuniæ extrahuntur, ſcribantur in libro, qui vulgò dicitur *della Caſſa commune*. Inuigilent autem Viſitatores omnes, vt iſta Conſtitutio omninò ſeruetur. Quod ſi inuenerint aliquem Superiorem in hoc deliquiſſe, eum ſuſpendant ab officio per duos menſes.

3 Sacriſta Sanctorum Reliquias quàm diligentiſſimè cuſtodiat ſub claue à Superiore Monaſterij tenenda, nec vlli vel minima earum pars detur, niſi

ob

ob grauiſſimam cauſam, & de Abbatis Generalis licentia. Cætera de eius officio petantur è Rituali.

## *De opere manuum quotidiano.*

## CAP. XLVIII.

*Otioſitas inimica eſt animæ: Et ideò * certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum: certis iterùm horis in lectione diuina. Ideòque hac diſpoſitione credimus vtraque tempora ordinari, ideſt, vt à Paſcha vſquè * ad Kalendas * Octobris * manè exeuntes, à prima vſquè * ad horam penè quartam laborent, quod neceſſarium fuerit. Ab hora autem quarta vſquè * ad horam quaſi ſextam, lectioni vacent. ¶ Poſt Sextam autem ſurgentes à menſa pauſent in lectis ſuis cum omni ſilentio: aùt fortè qui voluerit legere ſibi, ſic legat, vt alium non inquietet. * Et agatur Nona * temperiùs mediante octaua hora: & iterùm quod faciendum eſt, operentur vſquè ad Veſperam. Si autem neceſſitas loci, aùt pauper-*

al. cæteris

al. fine ad
al. Octubres
al. à mane
al. fine ad
al. fine ad

al. fine Et
al. temperius

*pertas exegerit, vt ad fruges colligendas per ſe occupentur, non contriſtentur: quia tunc verè Monachi ſunt, ſi labore manuum ſuarum viuunt: ſicut & Patres noſtri, & Apoſtoli. Omnia tamen menſuratè fiant, propter puſillanimes.*
[al. Octubribus] *A Kalendis autem * Octobris vſquè*
[al ſine ad] ** ad caput Quadrageſimæ, vſquè ad * horam*
[al. in horam] *ſecundam plenam lectioni vacent, hora ſecun-*
[al. ſine ad] *da agatur Tertia, & vſquè * ad Nonam omnes in opus ſuum laborent, quod eis iniungitur. Facto autem primo ſigno horæ Nonæ, diſiungant*
[al. ſine ſe] ** ſe ab opere ſuo ſinguli, & ſint parati, dùm*
[& ſine ſuo] *ſecundum ſignum pulſauerit. Poſt refectionem*
[al. Lectioni vacēt, aut Pſalmis] *autem * vacent lectionibus ſuis, aùt Pſalmis.*
*¶ In Quadrageſimæ verò diebus à manè vſquè*
[al ſine ad] ** ad Tertiam plenam lectioni vacent: & vſquè*
[al. ſine ad] ** ad decimam horam plenam operentur, quod eis iniungitur. In quibus diebus Quadrageſimæ accipiant omnes ſingulos codices de Biblio-*
[al. & integros] *theca, quos per ordinem * ex integro legant.*
[al. capite] *Qui codices in * caput Quadrageſimæ dandi ſunt. Antè omnia ſanè deputentur vnus, aùt duo Seniores, qui circumeant Monaſterium horis, quibus vacant fratres lectioni: & vi-*
[al. acedioſus] *deant ne fortè inueniatur frater * accidioſus, qui*

*vacet*

*vacet otio, aùt fabulis, & non eſt * intentus lectioni, & non ſolùm ſibi inutilis eſt, ſed etiam alios * extollit. Hic talis ſi (quod abſit) repertus fuerit, corripiatur ſemel, & ſecundò, ſi non emendauerit, correptioni regulari ſubiaceat taliter, vt cæteri * metum habeant. Nequè frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus.* al. & non ſit inten. tus i. é re. tollit al. timeāt

*¶ Dominico * die lectioni vacent omnes, exceptis * his, qui varijs officijs deputati ſunt. Si quis verò ita * negligens, & deſidioſus fuerit, vt non velit, aùt non poſſit meditari, aùt legere, iniungatur ei opus, quod faciat, vt non vacet. Fratribus infirmis, * vel delicatis talis opera, aùt ars iniungatur, vt nec otioſi ſint, nec violentia laboris opprimantur, vt effugentur. Quorum imbecillitas ab Abbate conſideranda eſt.* al. add. item al. ijs al. neglegens al. aut

1 OCCVPARI *debent fratres, &c.* Ad opus manuum à fratribus congregatis faciendum ij ſigno minoris alicuius tintinnabuli iuſſu Superioris, aùt Supprioris dato conuocati celeriter, ſtudioſèque conueniant, niſi cui infirmitas corporis, aùt alia grauis cauſa iuſtam excuſationem dederit.

In

2 In omni fratrum communi exercitatione, ſi fieri poterit, nunquàm deſit pij libri alicuius vulgari ſermone ſcripti lectio clara voce diſtinctè facienda. Abſit autem, quantùm fieri poterit, omnis alia vox, ſuſurrus, & muſſitatio, ſummumque ſilentium ſeruetur. Ex quo quantum decus exercitationi per ſe pulcherrimæ accedat, dici non poteſt. Ità porrò mens adhibeatur operi, vt in Deo, rebuſque diuinis maiori ſui parte defixa ſit.

3 De genere operis cuiuſquè tùm in cœtu, tùm priuatim faciendi conſtituat Superior. In primis autem videat, vt honeſtum ſit, & quo ſæculares ad vanitates, aùt delicias abuti non poſſint. Conuerſi labore manuum continuo, otium tanquàm hoſtem capitalem acriter inſectentur. Nullus Conuerſorum literas legere, aùt pingere doceatur, nec vllam partem Grammatices, aùt artis, ſcientiæuè literariæ cuiuſquam attingat; ſed in ſuo quiſque officio, & miniſterio ſumma, ſimpliciſſi-

maque

maque humilitate diligenter in Domino verſetur.

4 *Lectioni vacent*. Horas à Regula lectioni aſſignatas fratres in cellula quiſque ſua ad lectionem librorum ſpiritualium conferant, aùt etiam ſi voluerint, ad orationem. Quod ſi vel propter officia Monaſterij quibus fortè fuerint implicati, vel propter negotia ſibi à Superiore mandata, non poſſint, excuſati cenſeantur. Caueant autem ne ſpecie lectionis, aùt orationis languori ſe dent, vel obrepenti ſomno cedant, cùm ſe quantùmuis abditos hominibus, in conſpectu Dei eſſe ſciant, iuxtà illud Pauli, *Omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius*, & tùm admiſſæ fraudis, tùm amiſſi temporis graues pœnas ei daturos. Ne autem id temporis quiſquam vagetur per Monaſterium, Seniorum deputatorum iiſdem horis Monaſterium circumeuntium diligentia prouideat. Libros ad facultatem, & captum ſuum accommodatos vnuſquiſque à Superiore accipiat.

*Ho-*

5 *Horis incompetentibus*. Horas incompetentes declaramus eſſe omnes horas Diuini Officij, & ſilentij nocturni, hoc eſt, à Completorio ad Primam diei ſequentis abſolutam, itemque tempus meridianæ quieti æſtate conceſſum.

## *De Quadrageſimæ obſeruatione.*

## CAP. XLIX.

*Licèt omni tempore vita Monachi Quadrageſimæ* * *debeat obſeruationem habere:* (al. debet) *tamèn quia paucorum eſt iſta virtus, ideò ſuademus iſtis diebus Quadrageſimæ omni puritate vitam ſuam cuſtodire, omnes pariter* * *negligentias aliorum temporum his diebus ſanctis diluere.* (al. & neglegentias) *Quod tunc dignè fit, ſi ab omnibus vitijs* * *nos* * *temperemus; orationi cum fletibus, lectioni, & compunctioni cordis, atquè abſtinentiæ operam demus.* (al. fine nos; al. temperamus) *¶ Ergo his diebus augeamus nobis aliquid* * *ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ: Orationes peculiares, ciborum & potus abſtinentiam: & vnuſquiſque ſuper men-* (al. à ſolito penſu)

*menſuram ſibi indictam, aliquid propria voluntate cum gaudio Sancti Spiritus offerat Deo: ideſt ſubtrahat corpori * de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurrilitate, & cum * ſpiritualis deſiderij gaudio Sanctum Paſcha expectet. Hoc ipſum tamèn quod vnuſquiſque offert, Abbati ſuo ſuggerat, & cum eius fiat oratione, & voluntate: quia, quod ſine permiſſione Patris ſpiritualis fit, præſumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergò cum volũtate Abbatis omnia agenda ſunt.* al. add. ſuo al. ſpiritalis

1 Istis *diebus Quadrageſimæ, &c.* Quadrageſimæ initium in hac Congregatione, quòd ad ciborum abſtinentiam attinet, ſecunda feria poſt Dominicam Quinquageſimæ ſit. Aduentus verò initium, prima Dominica Aduentus.

## *De fratribus, qui longè ab Oratorio laborant, aut in via ſunt.*

## CAP. L.

FRatres, qui omninò longè ſunt * in labore, & non poſſunt occurrere hora competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ità eſt; agant ibidem Opus Dei, vbi operantur, cum tremore diuino flectentes genua. Similiter, qui in itinere directi ſunt, non eos prætereant horæ conſtitutæ, ſed vt poſſunt, agant * ſibi, & ſeruitutis penſum non * negligant reddere.

al. ab Oratorio

al. ibi

al. neglegant

## *De fratribus, qui non * ſatis longè proficiſcuntur.*

al. ſine ſatis

## CAP. LI.

al. Frater

al. dirigitur

al. ſperatur

* FRatres, qui pro quouis reſponſo * proficiſcuntur, & ea die * ſperant reuerti ad Mona-

*Monaſterium, non* præſumant foris manducare, etiam ſi à quouis* rogentur, niſi fortè *eis ab Abbate ſuo præcipiatur. Quod ſi aliter *fecerint, excommunicentur.*

al. præſumat
al. omninò rogetur
al. ei
al. fecerit, excommunicetur

## * De Oratorio Monaſterij.

al. De modo faciendi orationes familiares

## CAP. LII.

*ORatorium hoc ſit, quod dicitur: nec ibi quicquam aliud geratur, aùt condatur. Expleto Opere Dei, omnes cum ſummo ſilentio exeant, & * agatur reuerentia Deo: vt frater, qui fortè ſibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate, ſed ſi alter vult ſibi fortè ſecretiùs orare, ſimpliciter intret, & oret, non in clamoſa voce, ſed in lachrymis, & intentione cordis. Ergò qui ſimile opus non facit, non permittatur expleto opere Dei remorari in Oratorio, ſicut dictum eſt: ne alius impedimentum patiatur.*

al. habeatur

1 EXPLETO *opere Dei, &c.* Si quis fratrum poſt diuinum opus expletum,

 tem-

tempore lectioni conſtituto mauult in Oratorio precari, liceat.

## *De Hoſpitibus ſuſcipiendis.*

## C A P. L I I I.

*Omnes ſuperuenientes hoſpites tanquàm Chriſtus ſuſcipiantur: quia ipſe dicturus*
Mat. 25 *eſt, hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Et omnibus*
al. add. tamèn *congruus honor exhibeatur, maximè * domeſticis fidei, & peregrinis. Vt ergò nuntiatus fuerit hoſpes, occurratur ei à Priore, vel à fratribus cum omni officio charitatis: & primitùs orent pariter, & ſic ſibi ſocientur in pace. Quod pacis oſculum non prius offeratur, niſi oratione præmiſſa, propter illuſiones diabolicas. In ipſa autem ſalutatione, omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus, ſiuè diſcedentibus hoſpitibus inclinato capite, vel proſtrato*
Mat. 18 *omni corpore in terra, Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur. ¶ Suſcepti autem hoſpites ducantur ad orationem: & poſtea ſedeat cum eis Prior, aùt cui iuſſerit ipſe. Legatur coràm ho-*

*hoſpite lex Diuina, vt ædificetur: & poſt hæc omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium à Priore frangatur propter hoſpitem: niſi fortè præcipuus ſit * dies ieiunij, qui non poſſit violari. Fratres autem conſuetudines ieiuniorum proſequantur. ¶ Aquam in manibus Abbas hoſpitibus det: pedes * autem hoſpitibus omnibus, tàm Abbas, quàm cuncta congregatio lauet. Quibus lotis, hunc Verſum dicat: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Pauperum, & peregrinorum maximè * ſuſceptio omni cura ſolicitè exhibeatur: quia in ipſis magis Chriſtus ſuſcipitur. Nam diuitum terror ipſe ſibi exigit honorem.*

*¶ Coquina Abbatis, & hoſpitum * per ſe ſit, vt incertis horis ſuperuenientes hoſpites, qui nunquàm deſunt Monaſterio, non * inquietent fratres. In quam Coquinam ad annum ingrediantur duo fratres, qui ipſum officium benè impleant. Quibus, vt indigent, ſolatia miniſtrentur, vt abſquè murmuratione ſeruiant. Et iterùm quandò occupationem minorem habent, exeant vbi eis imperatur in opera. Et non ſolùm in ipſis, ſed & in omnibus officijs Monaſterij iſta ſit conſideratio: vt quandò in-*

[Margin notes: al. ille — al. fine autem — al. verò — Pſ. 47. — al. ſuſceptionum cura, & omit. omni — al. ſuſceptionis — Mat. 18 — al. ſuper ſe — al. inquietentur]

al. ſolatia *digent * ſolatijs, accommodentur eis: & iterùm, quandò vacant, obediant * imperanti.* al. imperatis *¶ Item & cellam hoſpitum habeat aſſignatam frater, cuius animam timor Dei * poſſideat,* al. poſſidet *vbi ſint lecti ſtrati ſufficienter, & domus Dei à ſapientibus * ſapienter adminiſtretur.* al. & *Hoſpitibus autem, cui non præcipitur, nullatenùs ſocietur, neque colloquatur: ſed ſi obuiauerit, aùt viderit, ſalutatis humiliter (vt dictum eſt) & petita benedictione, pertranſeat, dicens, ſibi non licere colloqui cum hoſpite.*

1 MENSA hoſpitibus apponatur frugalis, & redolens temperantiam, & paupertatem religioſam, iuxta Conſtitutionem Clementis VIII. fel. rec. Abſitque ab ea cibus omnis carnium. Qui verò carnes intrà Monaſterij ſepta eis appoſuerit, plectatur pœna Abbati Generali arbitraria. Hoſpitum menſæ, quantùm fieri poterit, adhibeatur lectio: quæ ſigno dato à Superiore, cùm ei videbitur opportunum, deſinat.

2 *Non inquietent fratres, &c.* Plus triduo non liceat hoſpites, etiamſi ſint artifices, in Monaſterio habere, ſinè conſenſu

ſenſu Capituli Monaſterij. Nec ad commune Refectorium cum fratribus admittantur: niſi fortè Superior id eis propter aliquam inſignem conditionem, præſertim virtutis, & religionis, tribuendum cenſeat.

3 Monachis noſtris hoſpitibus, ſi ex aliena Prouincia aduenerint, vltrà diem, quo erunt in hoſpitio, apponatur in Refectorio per octo dies præter ea, quæ cæteris dabuntur, pitantia vna cum fructibus. Ijs verò, qui ex eadem adueniunt, per tres dies id agatur, & vtriſque per eoſdem dies ieiuniorum etiam diebus detur cœna in Refectorio, ſeruato tamen ſilentio.

4 Nullam ob cauſam liceat quemquam extraneum in Monaſterium ad habitandum admittere: niſi fortè Abbas Generalis cum conſilio Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis, id alicui Fundatori petenti propter grauem cauſam concedendum duxerit. Si quis extraneorum loca Regularia Monaſterij, qualia ſunt Oratorium,

Capitulum, Dormitorium, & Refectorium vìſere cupierit, id ei poſtulanti concedi poſſit. Ne tamen in vllam cellularum introducatur, niſi monito prius fratre, cuius eſt cellula. Nemo, niſi permiſſu Superioris ab extraneis conſilium petat.

5 *Hoſpitibus autem cui non præcipitur; &c.* Nemo, qui ad loquendum cum hoſpite, aùt extraneo fuerit adhibitus, quicquam eis enuntiet eorum, quæ geſta, aùt gerenda ſunt in Monaſterio, niſi communia, & ad ædificationem opportuna. Similiter nequè Conſtitutiones, nequè alia ſcripta ad Congregationis diſciplinam, inſtitutionem, confirmationem, aùt aliud eiuſmodi pertinentia, niſi Superior nominatim permiſerit, cum eis communicet.

∴

* *Quòd*

## * *Quòd non debeat Monachus literas, vel * Eulogia accipere.* *

## *CAP. LIV.*

*NVllatenùs liceat Monacho, nec à parentibus ſuis, nec à quoquam hominum, nec ſibi inuicem literas, * aùt * Eulogia, vel qualibet munuſcula accipere, aùt dare, ſine præcepto Abbatis * ſui. Quòd ſi etiam à parentibus ſuis ei quicquam directum fuerit: non præſumat ſuſcipere illud, nîſi priùs indicatum fuerit Abbati. Quòd ſi iuſſerit ſuſcipi, in Abbatis ſit poteſtate, cui illud iubeat dari: Et non contriſtetur frater, cui fortè directum fuerat, vt non detur occaſio Diabolo. Qui autèm aliter præſumpſerit, diſciplinæ Regulari ſubiaceat.*

al. ſi debeat Monachus literas, vel aliquid accipere
al. Eulogias
al. add. ſine iuſſu Abbatis

al. ſine aůt
al. Eulogias
i. parua munuſcula, vel ſalutationes
al. ſine ſui

1 SIBI *inuicem literas, aut eulogia, &c.* Caput hoc Regulæ de non mittendis, aùt accipiendis literis ſinè licentia Superioris, quàm arctiſſimè, ſanctiſſimèque ſeruetur. Ac videat Superior literas

ras vtraſque, tùm acceptas, tùm mittendas: niſi à Superioribus Superioris, aùt ad eos ſcriptæ fuerint. Literas cuiuſque ſiuè ad Abbatem Generalem; Aſſiſtentes, Viſitatores, Procuratorem Generalem, & Prouinciales, ſiuè eorundem Superiorum ad alios quoſcumque directas, qui retinuerit, vel aperuerit, niſi ab eodem Abbate Generali, vel de eius mandato, à nemine abſolui poſſit.

2 Qui niſi de licentia Superioris ſui, ad alios, quàm Superioris Superiores literas ſcripſerit, aùt ab alijs, quàm Superioris ſui Superioribus miſſas legerit, abſolui non poſſit, niſi à Superiore ſuo, aùt de eius licentia, & locum ſuæ Profeſſionis pro prima vice ad tres menſes, ad ſex pro ſecunda priuatus exiſtat vltimo loco ponendus; quod ſi iam tertiò peccauerit, voce actiua, & paſſiua per annum omninò careat. Vt autem huic periculo occurratur, prohibemus ne quis literas à quoquam fratre ſibi traditas, vt det, aùt curet per-

ſe-

ferendas, accipiat, vt hoc officium illi præſtet, niſi permiſſu Superioris.

3 Conſtituimus etiam, vt quæcunque literæ Portario Monaſterij traditæ fuerint, eas ille nequaquàm ei det, cui inſcriptæ ſunt, ac ne ſignificet quidem ſe accepiſſe: ſed Superiori tantùm reddat. Si contrà fecerit, vnius diei ieiunio panis, & aquæ puniatur. Eodemque modo quiſquis frater literas cuicunq; fratrum, vel ſibi inſcriptas extrà Monaſterium acceperit, eas, cùm peruenerit in Monaſterium, Superiori det, alij præterea nemini, ſub eadem pœna. Si quis monſtratis Superiori literis, aliud quicquam eis adſcripſerit, grauiter puniatur. Superior literas fratrum mittendas cum legerit, ipſe obſignet, ſeù ſigillet, vel Secretario ſuo tradat ſigillandas. Literas porrò ſic Monaſterij ſigillo non munitas, (ſi ad ſubditos à quocumque non Superiore deſtinentur) eis, quibus mittuntur dari omninò interdictum ſit: ſed eas cum Superiores acceperint ad Prouinciales tranſmittant, & illi

illi ad delinquentis ſcriptoris Superiorem remitti curent, eundemque admoneant, vt tranſgreſſorem pœnis iam ſtatutis nulla excuſatione admiſſa puniat, & coerceat. Ea ſimplicitate, ijſque titulis literæ quæque ſcribantur, qui in formula tradita in Rituali exponentur.

4 *Vel qualibet munuſcula, &c.* Quicquid mitti, vel donari cuiuis fratrum à quauis perſona contigerit, id primùm tradatur Superiori. Cui liberum ſit id cuicunque voluerit, dare, & in quemcunque voluerit, vſum conferre, tanquàm aliam quamùis rem Monaſterij. Quòd ſi dandum cenſuerit ei fratri, in cuius gratiam donatum fuerit, ità det, aùt potiùs vtendum concedat, vt contrà communia inſtituta diſciplinæ regularis huius Congregationis nihil admittatur. Conſtitutio Clementis Papæ Octaui fel. rec. *De largitione munerum*, ad literam accuratiſſimè teneatur in Congregatione. Quæ quidem nobis, & ad hoc Regulæ caput ritè ſeruandum,

& ad

& ad nos à tetro peſtiferoque vitio proprietatis vindicandos magno præſidio erit. Non liceat cuiquam, nec per ſe, nec per alterum, directè, vel indirectè quicquam ab vllo extraneo petere, niſi permiſſu Superioris.

## * *De Veſtimentis, & Calciamentis fratrum.* al. De Veſtiarijs, & Calciarijs fratrum

## *CAP. LV.*

*VEſtimenta fratribus ſecundùm locorum qualitatem vbi habitant, vel aërum temperiem dentur: quia in frigidis regionibus ampliùs indigetur, in calidis verò minùs. Hæc ergò conſideratio penès Abbatem* * *ſit. Nos tamèn mediocribus locis ſufficere credimus* * *Monachis, per ſingulos Cucullam, & Tunicam: Cucullam in hyeme villoſam, in æſtate puram, aùt vetuſtam, & Scapulare propter opera. Indumenta pedum, pedules, & caligas. De quarum rerum omnium colore, aùt groſſitudine non cauſentur Monachi: ſed quales inueniri*

al. eſt

al. ſine Monachis

*niri poſſunt in Prouincia, qua * degunt, aùt quod viliùs comparari * poteſt. ¶ Abbas autem de menſura prouideat, vt non ſint curta ipſa veſtimenta vtentibus * eis, ſed menſurata. Accipientes noua, vetera ſemper reddant in præſenti, * deponenda in veſtiario propter pauperes. Sufficit enim Monacho duas tunicas, & duas cucullas habere, propter noctes, & propter lauare ipſas res. Iam quod ſupra fuerit, ſuperfluum * eſt, & amputari debet. Et pedules, & quodcunque eſt vetuſtum reddant, dùm accipiunt nouum. Fœmoralia hi, qui in via diriguntur de veſtiario accipiant: * quæ reuertentes lota ibi reſtituant. Et cucullæ, & tunicæ ſint aliquantò his, * quas habere ſoliti ſunt meliores, quas exeuntes in * viam accipiant de veſtiario; & reuertentes * lotas ibi reſtituant.*

*¶ Stramenta autem lectorum ſufficiant, Matta, Sagum, Lena, & Capitale, qui tamen * lecti frequenter ab Abbate * ſcrutandi ſunt: propter opus peculiare, ne inueniatur. Et ſi cui inuentum fuerit, quod ab Abbate * non acceperit, grauiſſimæ diſciplinæ ſubiaceat. Et vt hoc vitium peculiare radicitùs amputetur, dentur ab Abbate omnia, quæ ſunt neceſſaria: Ideſt cu-*

al. habitant
al. poſſit
al. ea
al. reponenda
al. ſine eſt, &
al. vetus
al. qui
al. à ſolito, quas habent, modicè meliores
al. via
al. ſine lotas ibi
al. lecta
al. ſcrutinanda
al. accepit

*cuculla, tunica, pedules, caligæ, bracile, cultellus, graphium, acus, mappula, tabulæ: vt omnis auferatur neceſſitatis excuſatio. A quo tamèn Abbate ſemper conſideretur illa ſententia Actuum Apoſtolorum: quia, dabatur ſingulis, proùt cuique opus erat. Ita ergò, & Abbas conſideret* infirmitatem indigentium, non malam voluntatem inuidentium. In omnibus tamèn iudicijs ſuis, Dei retributionem cogitet.* al. tabula Act. 4. * al. infirmitates.

1 De *quarum rerum colore, &c.* Veſtimenta fratrum, & Congregationis omnia ſint alba ex vili, & rudi panno, iuxta Regulam. Vt in tota Congregatione eadem ſit forma veſtitus, nec varietati locus vllus detur, eius forma in Rituali deſcripta in officio Præfecti Veſtiarij, ab omnibus eodem modo diligenter, religioſèque ſeruetur.

2 *Per ſingulos Cucullam, & Tunicam, &c.* Cuculla Cingulo ex eodem pannō facto ſemper cincta ſit, Caputio ſuperinducto. Conuerſis pro Cingulo funis ſit, & Manicæ ſtrictiores, quàm Clericis, cætera ſimilia.

*Sca-*

3 *Scapulare propter opera, &c.* Scapulare propter opera conceſſum, tantùmque geſtandum in opere manuum ex tela alba ſit, habeatque Caputiolum aſſutum.

4 *Indumenta pedum Pedules, &c.* Pedules, ſiuè vdones, laneum pedum calceamentum, non plus duobus digitis ſuprà clauiculam pedis aſcendentes hyberno tempore fratribus petentibus à Superiore concedi poſſint. Eodem modo poſſit pileus ad fouendum caput indigentibus à Superiore concedi ſub Caputio nunquàm detegendus, aùt capiti ſinè Caputio imponendus, niſi loco ab arbitris remoto. Socculis ligneis, tàm intrà, quàm extrà Monaſterium omnes vt ante hac, vtantur, niſi quos Superior propter aliquam grauem cauſam diſpenſauerit. Quod ſi diſpenſatio huiuſmodi in perpetuum, aùt longum tempus concedenda ſit, id niſi ab Abbate Generali, aùt Prouinciali non fiat.

5 Femoralia, ſiuè mutandæ petentibus à Superiore concedantur, ſed linea,

nea, non lanea, ex tela craſſiore, nullis additis perulis. Iter facturis hyeme lanea, ſi petierint, dentur. Ijſdem Viatoribus Galeri albi ſimpliciſſimi, & Calcei dentur. Qui Calcei tàm Viatoribus, quàm quibuſcumque alijs quacumque ex cauſa concedendi ſimplices ſint, nigri coloris, plani, nequè in talo magis elati, ac ſinè omninò ocellis, atquè ſuprà collum pedis more pauperum corrigijs aſtringantur. Huiuſmodi calceis ſinè prædicta diſpenſatione non vtantur, qui longiùs tribus milliarijs iter non fecerint, nec Romæ cùm ſeptem, aùt nouem Eccleſias obeunt. Tibialia autem, quæ permittuntur, ſint ex panno duntaxàt, aùt ex alba, & communi lana, ſeù ex tela, vel etiam ex craſſiori filo. Ijſdem Viatoribus, ſi voluerint, Pallium ex panno albo viliſſimo abſquè collari, paulùm infrà genua demiſſum, fibula, vel vncinulo ſuprà pectus adſtringendum, ſudatoria etiam ex tela craſſiore, nullo prorsùs opere adhibito, nunquàm autem induſia, vel

P ca-

camiſiæ, niſi in morbo, & cum licentia Superioris, dari poſſint. Concedatur & ipſis Ocrearum vſus, quæ tamen Monaſticam modeſtiam, & paupertatem redoleant. Pallio ſupradicto vti poſſit, qui voluerit, in Choro hyemis tempore, à feſto ſcilicet Omnium Sanctorum vſquè ad Paſcha, dum dicuntur Vigiliæ duntaxàt.

6 Ægrotis fratribus, & ex morbo decumbentibus pro camiſia detur tunicula ex tenuiore, vel detrito panno, cum Caputiolo aſſuto. In grauiori autem morbo ſub tunicula poſſit etiam camiſia concedi. Non adhibeantur lectis ægrorum linteamina, niſi in grauioribus morbis. Puluinus tamèn, ſiuè ceruical tela alia contegatur.

7 Habitus Nouitiorum à Profeſſorum habitu Patientiæ infrà Zonam palmum deſcendentis, pro Clericis quidem in lineam rectam, pro Conuerſis verò in ſemicircularem ex vtraque parte deſinentis additamento tantùm diſtinguatur.

Do-

8 Donati ſinè camiſia, præter Tunicam ad media circiter crura demiſſam, Zonaque cingendam, Femoralia, Caligas, Galerum, & Pallium ad imam Tunicam deſcendens (quæ omnia ex panno albo ſint) Calceos etiam habeant. In veſtitu Nouitiorum Donatorum panniculus ſit Tunicæ antè pectus aſſutus, quo à Donatis profeſſis diſtinguantur.

9 *Deponenda in Veſtiario, &c.* Sit in quoque Monaſterio Veſtiarium veſtimentis ad vſum noſtrum accommodatis inſtructum; è quo cum permiſſu Superioris, quod cuique neceſſarium eſt, ad veſtitum ſuppeditetur. Sint & flagella, aùt diſciplinæ, & cilicia. Quibus vtriſque cum licentia Superioris vti cuique liceat.

***

## *De Menſa Abbatis.*

### *CAP. LVI.*

al. quotiens — al. Seniores — al. autem — al. dimittendum

*MEnſa Abbatis cum Hoſpitibus, & peregrinis ſit ſemper. * Quoties tamen minùs ſunt Hoſpites, quos vult de fratribus vocare, in ipſius ſit poteſtate. * Seniorum * tamèn vnum, aùt duos, ſemper cum fratribus * dimittendos procuret, propter diſciplinam.*

1 MENSA *Abbatis cum Hoſpitibus, &c.* Cùm ad diſciplinæ conſeruationem permagni referat Superiores omnibus exercitijs communibus Monaſterij adeſſe, ſuoque exemplo alijs ad omnes officij partes quaſi calcar admouere, cuiuſcunque Superioris menſa in hac Congregatione cum fratribus in Refectorio ſit communis. Quod ſi interdùm contigerit, vt Superior cum hoſpitibus extrà Refectorium cibum capiat (quod perquàm raró ſit) quantùm fieri poterit,

rit, adiunctum ſibi Monachum ſemper habeat. Rectè etiam faciet, ſi nonnunquàm manens ipſe in Refectorio, duos, vbi multitudo conuentus ſinit, ad hoſpites mittat, vt cum ipſis accumbant.

## *De artificibus Monaſterij*.

## *CAP. LVII.*

*ARtifices, ſi ſunt in Monaſterio, cum omni humilitate, & * reuerentia faciant ipſas artes: ſi * tamèn iuſſerit Abbas. Quòd ſi aliquis ex eis extollitur pro ſcientia artis ſuæ, eo quòd videatur aliquid conferre Monaſterio: hic talis * euellatur ab ipſa arte, & denuò per eam non tranſeat: niſi fortè humiliato ei iterùm Abbas iubeat. Si quid verò ex operibus artificum venundandum eſt, videant ipſi, per quorum manus tranſigenda ſunt, ne aliquam fraudem * præſumant inferre. Memorenturque * ſemper Ananiæ, & Saphiræ: ne fortè mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc iſti, vel omnes, qui aliquam fraudem de rebus*

al. omitt. reuerentia

al. ſi permiſerit

al. erigatur

al. eijciatur

al. Monaſterio ſacere præſumant

al. ſine ſemper

Act. 5.

*Monaſterij fecerint, in anima patiantur. In ipſis autèm pretijs, non * ſubrepat auaritia malum: ſed ſemper aliquantulùm viliùs detur; quàm ab alijs ſæcularibus * datur, vt in omnibus glorificetur Deus.*

al. ſubripiat

al. dari poteſt

1 ARTIFICES *ſi ſint in Monaſterio, &c.* Cùm nihil ſit operi diuino præponendum, Superior cuiuſque Monaſterij, ſi quos habeat fratres alicuius artificij peritos, non facilè animum inducat eis ad artem ſuam factitandam, vacationem à Choro dare: ſed ne ab alijs quidem exercitijs ad diuinum cultum pertinentibus. Nec hoc ſibi fas eſſe exiſtimet, niſi cauſa grauis id aliquandò poſtulet. Nullus fratrum artificum mittatur in domum ſæcularem, vt in ea quicquam operis faciat. Nullus librum, quem ſcripſerit, edat, aùt edendum curet, niſi Capitulum Generale, aùt Abbas Generalis, ſeù Prouincialis permiſerit.

2 Hìc porrò omnes huius Congregationis Superiores, & inferiores admonitos eſſe volumus de obſeruantia

Mo-

Motus proprij fel. rec. Vrbani VIII. incipientis. In ſuprema Paſtoralis ſpecula contrà Monetarios editi. Iniungimus propterea omnibus Superioribus, vt inuigilent, ne quis ſub quouis prætextu etiam medicinæ, artem Alchymiæ exerceat, ſub pœna Superioribus depoſitionis,& perpetuæ inhabilitatis, Sacerdotibus perpetuæ infamiæ, cæteris autẽ perpetui carceris, ſeù etiam triremium. Declarantes ſupradictis pœnis ſubiectos eſſe, tàm ipſam artem, vt ſuprà, exercentes, quàm conſulentes, participantes, permittentes, ac etiam reos huius delicti non reuelantes.

## *De diſciplina ſuſcipiendorum fratrum.*

## *CAP. LVIII.*

*NOuiter veniens quis ad conuerſionem, non ei facilis tribuatur ingreſſus: ſed ſicut ait Apoſtolus: probate Spiritus, ſi ex Deo* 1. Io. 4.

 *ſunt.*

*ſunt. Ergò ſi veniens perſeuerauerit pulſans, & illatas ſibi iniurias, & difficultatem ingreſſus, poſt quatuor, aùt quinque dies viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuæ, annuatur ei ingreſſus, & ſit in cella hoſpitum paucis diebus. Poſteà autèm ſit in cella*
al.ſine,& *la Nouitiorum, vbi meditetur,* & manducet, & dormiat. ¶ Et Senior ei talis deputetur, qui aptus ſit ad lucrandas animas: qui ſuper eum omninò curioſè intendat, & ſolicitus ſit,*
al.reuerà *ſi * verè Deum * quærat, ſi ſolicitus eſt ad Opus*
al.quærit *Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Prædi-*
al.add. omnia *centur ei * dura, & aſpera, per quæ itur ad*
al.ſine,& *Deum. * Et ſi promiſerit de * ſtabilitate*
al. ſtabilitatis ſuæ perſeuerátia *ſua perſeuerantiam, poſt duorum menſium circulum legatur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei. Ecce lex, ſub qua militare vis. Si potes obſeruare, ingredere. Si verò non potes liber diſcede; ſi adhùc ſteterit, tunc ducatur in ſupradictam cellam Nouitiorum: & iterùm probetur in omni patientia. ¶ Et poſt ſex*
al. circuitum *menſium * circulum * relegatur ei regula, &*
al. legatur *ſciat, ad quid ingreditur. Et ſi adhuc ſtat,*
al.relegatur *poſt quatuor menſes iterùm * legatur ei * hæc*
al.ſine hæc *eadem regula. Et ſi habita ſecum deliberatio-*

*ne*

*ne, promiſerit ſe omnia cuſtodire, & cuncta ſibi imperata ſeruare, tunc ſuſcipiatur in Congregatione, ſciens * ſub lege regulæ conſtitutum, quòd ei ex illa die non liceat de Monaſterio egredi, nec collum excutere de ſubiugo regulæ, quam ſub tàm moroſa deliberatione licuit * recuſare, aùt ſuſcipere.*

al. ſe iam lege, & ſine ſub

al. aùt excuſare

¶ *Suſcipiendus autem in Oratorio coràm omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum, & obedientia coràm Deo, & ſanctis eius, vt ſi aliquandò aliter fecerit, ab eo ſe damnandum ſciat, quem irridet. De qua promiſſione ſua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquiæ ibi ſunt, & Abbatis præſentis. Quam petitionem manu ſua ſcribat, aùt certè ſi non ſcit literas, alter ab eo rogatus ſcribat: & ille Nouitius ſignum faciat, & manu ſua eam ſuper Altare ponat. Quam dum poſuerit, incipiat ipſe Nouitius mox hunc verſum: Suſcipe me Domine ſecundùm eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Quem verſum omnis Congregatio tertiò reſpondeat, adiungens Gloria Patri, &c. Tunc * ipſe frater Nouitius proſternatur* ſingulorum pedibus,*

al. hic tit. faciunt: De profeſſione Monaſtica

Pſ. 118.

al. ille

al. omniū

i. ex illa hora

*vt orent pro eo: & iam* ex illa die in Congregatione reputetur. ¶ Res ſi quas habet, aùt eroget priùs pauperibus, aùt facta ſolemniter donatione, conferat Monaſterio, nihil ſibi reſeruans ex omnibus: quippe qui ex illo die, nec proprij corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat. Mox ergò in Oratorio exuatur rebus proprijs, quibus veſtitus eſt, & induatur rebus Monaſterij. Illa autem veſtimenta, quibus exutus eſt, reponantur in veſtiario conſeruanda: vt, ſi aliquandò, ſuadente diabolo, conſenſerit, vt egrediatur de Monaſterio (quod abſit) tunc exutus rebus Monaſterij, proijciatur. Illam tamen petitionem* eius, quam deſuper Altare Abbas tulit, non recipiat: ſed in Monaſterio reſeruetur.*

al. fine cius

1 NOVITER *veniens quis ad conuerſionem, &c.* Cùm Nouitiorum accipiendorum, & inſtituendorum negotium, de quo in hoc capite agitur, tanti momenti ſit, vt in eo Congregationum religioſarum ſummam verti experientia doceat (ſunt enim Nouitij Congregationis cuiuſque ſeminaria) nec ſit vlla pars rei monaſticæ, in qua maiori periculo

riculo peccetur, non erit alienum inſti-
tuto noſtro de hac re, oblata occaſio-
ne, paulò copioſiùs agere. Ità enim
quæ ſint in ea ſeruanda, diligentiùs ex-
plicabitur, & definietur. Vt autem in
hac tractatione ordo, & ex ordine per-
ſpicuitas ſit, rem totam in quinque ca-
pita diuidemus. Primum de impedi-
mentis in hanc Congregationem recipi
prohibentibus. Alterum de his, qui ac-
cedentes ad eam, & poſtulantes habi-
tum [illegible] examinaturi, & de ipſa ra-
tion[illegible] Tertium de his, quæ
ipſi [illegible] ere debent an-
tè [illegible] Quartum de
lo[illegible] ndi ſunt, &
[illegible] atus eorum.
[illegible] Profeſſione,
[illegible] poſt Pro-
[illegible] enen-




De

camiſiæ, niſi in morbo, & cum licentia Superioris, dari poſſint. Concedatur & ipſis Ocrearum vſus, quæ tamen Monaſticam modeſtiam, & paupertatem redoleant. Pallio ſupradicto vti poſſit, qui voluerit, in Choro hyemis tempore, à feſto ſcilicet Omnium Sanctorum vſquè ad Paſcha, dum dicuntur Vigiliæ duntaxàt.

6 Ægrotis fratribus, & ex morbo decumbentibus pro camiſia detur tunicula ex tenuiore, vel detrito panno, cum Caputiolo aſſuto. In grauiori autem morbo ſub tunicula poſſit etiam camiſia concedi. Non adhibeantur lectis ægrorum linteamina, niſi in grauioribus morbis. Puluinus tamèn, ſiuè ceruical tela alia contegatur.

7 Habitus Nouitiorum à Profeſſorum habitu Patientiæ infrà Zonam palmum deſcendentis, pro Clericis quidem in lineam rectam, pro Conuerſis verò in ſemicircularem ex vtraque parte deſinentis additamento tantùm diſtinguatur.

Do-

8 Donati ſinè camiſia, præter Tunicam ad media circiter crura demiſſam, Zonaque cingendam, Femoralia, Caligas, Galerum, & Pallium ad imam Tunicam deſcendens (quæ omnia ex panno albo ſint) Calceos etiam habeant. In veſtitu Nouitiorum Donatorum panniculus ſit Tunicæ antè pectus aſſutus, quo à Donatis profeſſis diſtinguantur.

9 *Deponenda in Veſtiario, &c.* Sit in quoque Monaſterio Veſtiarium veſtimentis ad vſum noſtrum accommodatis inſtructum; è quo cum permiſſu Superioris, quod cuique neceſſarium eſt, ad veſtitum ſuppeditetur. Sint & flagella, aùt diſciplinæ, & cilicia. Quibus vtriſque cum licentia Superioris vti cuique liceat.

***

## *De Menſa Abbatis.*

### *CAP. LVI.*

al. quoties
al. Seniores
al. autem
al. dimittendum

*MEnſa Abbatis cum Hoſpitibus, & peregrinis ſit ſemper. * Quoties tamen minùs ſunt Hoſpites, quos vult de fratribus vocare, in ipſius ſit poteſtate. * Seniorum * tamèn vnum, aùt duos, ſemper cum fratribus * dimittendos procuret, propter diſciplinam.*

1 MENSA *Abbatis cum Hoſpitibus, &c.* Cùm ad diſciplinæ conſeruationem permagni referat Superiores omnibus exercitijs communibus Monaſterij adeſſe, ſuoque exemplo alijs ad omnes officij partes quaſi calcar admouere, cuiuſcunque Superioris menſa in hac Congregatione cum fratribus in Refectorio ſit communis. Quod ſi interdùm contigerit, vt Superior cum hoſpitibus extrà Refectorium cibum capiat (quod perquàm raro ſit) quantùm fieri pote-

rit,

rit, adiunctum ſibi Monachum ſemper habeat. Rectè etiam faciet, ſi nonnunquàm manens ipſe in Refectorio, duos, vbi multitudo conuentus ſinit, ad hoſpites mittat, vt cum ipſis accumbant.

## *De artificibus Monaſterij.*

## *CAP. LVII.*

*ARtifices, ſi ſunt in Monaſterio, cum omni humilitate, & * reuerentia faciant ipſas artes: ſi * tamèn iuſſerit Abbas. Quòd ſi aliquis ex eis extollitur pro ſcientia artis ſuæ, eo quòd videatur aliquid conferre Monaſterio: hic talis * euellatur ab ipſa arte, & denuò per eam non tranſeat: niſi fortè humiliato ei iterùm Abbas iubeat. Si quid verò ex operibus artificum venundandum eſt, videant ipſi, per quorum manus tranſigenda ſunt, ne aliquam fraudem * præſumant inferre. Memorenturque * ſemper Ananiæ, & Saphiræ: ne fortè mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc iſti, vel omnes, qui aliquam fraudem de rebus* Mo-

al. omitt. reuerentia

al. ſi permiſerit

al. erigatur

al. eijciatur

al. Monaſterio facere præſumant

al. fine ſemper

Act. 5.

*Monaſterij fecerint, in anima patiantur. In ipſis autèm pretijs, non * ſubrepat auaritiæ malum: ſed ſemper aliquantulùm viliùs detur; quàm ab alijs ſæcularibus * datur, vt in omnibus glorificetur Deus.*

al. ſubripiat

al. dari poteſt

1 ARTIFICES *ſi ſint in Monaſterio, &c.* Cùm nihil ſit operi diuino præponendum, Superior cuiuſque Monaſterij, ſi quos habeat fratres alicuius artificij peritos, non facilè animum inducat eis ad artem ſuam factitandam, vacationem à Choro dare: ſed ne ab alijs quidem exercitijs ad diuinum cultum pertinentibus. Nec hoc ſibi fas eſſe exiſtimet, niſi cauſa grauis id aliquandò poſtulet. Nullus fratrum artificum mittatur in domum ſæcularem, vt in ea quicquam operis faciat. Nullus librum, quem ſcripſerit, edat, aùt edendum curet, niſi Capitulum Generale, aùt Abbas Generalis, ſeù Prouincialis permiſerit.

2 Hìc porrò omnes huius Congregationis Superiores, & inferiores admonitos eſſe volumus de obſeruantia

Mo-

Motus proprij fel. rec. Vrbani VIII. incipientis. In ſuprema Paſtoralis ſpecula contrà Monetarios editi. Iniungimus propterea omnibus Superioribus, vt inuigilent, ne quis ſub quouis prætextu etiam medicinæ, artem Alchymiæ exerceat, ſub pœna Superioribus depoſitionis, & perpetuæ inhabilitatis, Sacerdotibus perpetuæ infamiæ, cæteris autẽ perpetui carceris, ſeù etiam triremium. Declarantes ſupradictis pœnis ſubiectos eſſe, tàm ipſam artem, vt ſuprà, exercentes, quàm conſulentes, participantes, permittentes, ac etiam reos huius delicti non reuelantes.

## *De diſciplina ſuſcipiendorum fratrum.*

## *CAP. LVIII.*

*Nouiter veniens quis ad conuerſionem, non ei facilis tribuatur ingreſſus: ſed ſicut ait Apoſtolus: probate Spiritus, ſi ex Deo* *1. Io. 4.*

*ſunt. Ergò ſi veniens perſeuerauerit pulſans, & illatas ſibi iniurias, & difficultatem ingreſſus, poſt quatuor, aùt quinque dies viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuæ, annuatur ei ingreſſus, & ſit in cella hoſpitum paucis diebus. Poſteà autèm ſit in cel-*
al. ſine, & *la Nouitiorum, vbi meditetur,* & manducet, & dormiat. ¶ Et Senior ei talis deputetur, qui aptus ſit ad lucrandas animas: qui ſuper eum omninò curioſè intendat, & ſolicitus ſit,*
al. reuerà *ſi * verè Deum * quærat, ſi ſolicitus eſt ad Opus*
al. quærit *Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Prædi-*
al. add. omnia *centur ei * dura, & aſpera, per quæ itur ad*
al. ſine, & *Deum. * Et ſi promiſerit de * ſtabilitate*
al. ſtabilitatis ſuæ perſeuerãtia *ſua perſeuerantiam, poſt duorum menſium circulum legatur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei. Ecce lex, ſub qua militare vis. Si potes obſeruare, ingredere. Si verò non potes liber diſcede; ſi adhùc ſteterit, tunc ducatur in ſupradictam cellam Nouitiorum: & iterùm probetur in omni patientia. ¶ Et poſt ſex*
al. circuitum *menſium * circulum * relegatur ei regula, &*
al. legatur *ſciat, ad quid ingreditur. Et ſi adhuc ſtat,*
al. relegatur *poſt quatuor menſes iterùm * legatur ei * hæc*
al. ſine hæc *eadem regula. Et ſi habita ſecum deliberatio-*

ne

*ne, promiſerit ſe omnia cuſtodire, & cuncta ſibi imperata ſeruare, tunc ſuſcipiatur in Congregatione, ſciens * ſub lege regulæ conſtitutum, quòd ei ex illa die non liceat de Monaſterio egredi, nec collum excutere de ſubiugo regulæ, quam ſub tàm moroſa deliberatione licuit * recuſare, aùt ſuſcipere.* al. ſe iam lege, & ſine ſub al. aùt excuſare

¶ *Suſcipiendus autem in Oratorio coràm omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum, & obedientia coràm Deo, & ſanctis eius, vt ſi aliquandò aliter fecerit, ab eo ſe damnandum ſciat, quem irridet. De qua promiſſione ſua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquiæ ibi ſunt, & Abbatis præſentis. Quam petitionem manu ſua ſcribat, aùt certè ſi non ſcit literas, alter ab eo rogatus ſcribat: & ille Nouitius ſignum faciat, & manu ſua eam ſuper Altare ponat. Quam dum poſuerit, incipiat ipſe Nouitius mox hunc verſum: Suſcipe me Domine ſecundùm eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Quem verſum omnis Congregatio tertiò reſpondeat, adiungens Gloria Patri, &c. Tunc * ipſe frater Nouitius proſternatur* ſingulorum pedibus,* al. hic tit. faciunt De profeſſione Monaſtica Pſ. 118. al. ille al. omniũ

*vt*

i. ex illa hora *vt orent pro eo: & iam* * *ex illa die in Congregatione reputetur. ¶ Res ſi quas habet, aut eroget priùs pauperibus, aut facta ſolemniter donatione, conferat Monaſterio, nihil ſibi reſeruans ex omnibus: quippe qui ex illo die, nec proprij corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat. Mox ergò in Oratorio exuatur rebus proprijs, quibus veſtitus eſt, & induatur rebus Monaſterij. Illa autem veſtimenta, quibus exutus eſt, reponantur in veſtiario conſeruanda: vt, ſi aliquandò, ſuadente diabolo, conſenſerit, vt egrediatur de Monaſterio (quod abſit) tunc exutus rebus Monaſterij, proijciatur. Illam* al. fine eius *tamèn petitionem* * *eius, quam deſuper Altare Abbas tulit, non recipiat: ſed in Monaſterio reſeruetur.*

1 NOVITER *veniens quis ad conuerſionem, &c.* Cùm Nouitiorum accipiendorum, & inſtituendorum negotium, de quo in hoc capite agitur, tanti momenti ſit, vt in eo Congregationum religioſarum ſummam verti experientia doceat (ſunt enim Nouitij Congregationis cuiuſque ſeminaria) nec ſit vlla pars rei monaſticæ, in qua maiori periculo

riculo peccetur, non erit alienum inſti-
tuto noſtro de hac re, oblata occaſio-
ne, paulò copioſiùs agere. Ità enim
quæ ſint in ea ſeruanda, diligentiùs ex-
plicabitur, & definietur. Vt autem in
hac tractatione ordo, & ex ordine per-
ſpicuitas ſit, rem totam in quinque ca-
pita diuidemus. Primum de impedi-
mentis in hanc Congregationem recipi
prohibentibus. Alterum de his, qui ac-
cedentes ad eam, & poſtulantes habi-
tum ſunt examinaturi, & de ipſa ra-
tione examinandi. Tertium de his, quæ
ipſi, qui recepti ſunt, facere debent an-
tè ſuſceptionem habitus. Quartum de
loco, in quo habitu induendi ſunt, &
de tota diſciplina Nouitiatus eorum.
Quintum denique de Profeſſione,
& vitæ ratione poſt Pro-
feſſionem tenen-
da.

*De*

*De impedimentis in hanc Congregationem recipi prohibentibus.*

2 Impedimenta præcipua, quibus arcentur homines ab hac Congregatione, ſunt vndecim. Primum eſt, ætas maior, aût minor æquo; quod ità intelligatur. Si qui vult admitti in ordinem Clericorum huius Congregationis, ſit ſeptemdecim annis expletis minor, aût quadraginta quinque maior; ſi Conuerſus futurus ſit viginti annis minor, aût quadraginta maior; ſi futurus Donatus ſit viginti quinque annis minor, aût quadraginta maior: in qua tamen re, vt & in alijs impedimentis (ſexto, nono, decimo, & vndecimo exceptis) poſſit ab Abbate Generali interdùm cum Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis conſilio, propter magnam cauſam, puta, virtutem, aût ſcientiam, &c. diſpenſari. 2. Impedimentum eſt, ſi quis Hæreticus aliquandò fuerit, aût de Hæreſi probabiliter

liter ſuſpectus. 3. Si Schiſmaticus fuerit. 4. Si Clericorum fratrum habitum petens ea irregularitate ſit aſtrictus, quæ nullam, aùt difficilem diſpenſationem admittat. 5. Si non ſit è legitimo matrimonio natus. 6. Si ære alieno ſit obſtrictus, aùt ſi aliquarum perſonarum egeſtati ſubuenire teneatur. 7. Si futurus Clericus linguæ latinæ ſit imperitus. 8. Si qua ignominia notatus ſit, præſertim in ipſo loco, in quo habitum petit. 9. Si flagitijs, aùt ſceleribus ſit contaminatus. 10. Si corporis infirmitate laboret, quæ diſciplinæ noſtræ auſteritatem diù ferre non poſſe videatur. 11. Si alterius religionis habitum, vel ad modicum tempus geſtauerit, & profeſſio illorum, qui hoc vltimum impedimentum reticuerint ſit ipſo iure, irrita, & inualida.

3 Quibus de rebus ſi quis eorum, qui poſtulant habitum, interrogatus (id enim prætermittendum nunquàm eſt) vel in vna aliqua mendacio feſellerit, cùm rei veritas poſteà comperta

fue-

ſuerit, liceat in fraudis huius pœnam, aùt nondùm profeſſum miſſum facere; aùt ſi iam profeſſus eſt, Clericum quidem ad ordinem Conuerſorum deijcere, aùt voce actiua, & paſſiua in perpetuum priuare, aùt etiam Ordinibus ſacris ei interdicere: Conuerſum autem ad viliſſima quæque miniſteria ſemper abijcere, aùt etiam Conuerſorum poſtremum conſtituere, aùt alia graui pœna caſtigare ad arbitrium Abbatis Generalis. Et ſi in vndecimo impedimento reuelando mendax repertus fuerit, ſiuè adhùc Nouitius ſit, ſiuè iam Profeſſionem emiſerit, de Congregatione expellatur. Atquè hoc Decretum vnicuique poſtulantium habitum, antequàm induatur, & iterùm antequàm profeſſionem emittat, coràm teſtibus legatur, ne quis excuſandæ ignorantiæ relinquatur locus.

4 Nec verò deſunt alia non contemnenda impedimenta cautè, & ſagaciter exploranda: quale eſt, ſi qui recipi vult, aliqua humana ratione, non diui-

ni

ni honoris, aùt animæ ſalutis ſtudio mero adductus ad religionem ſe conferat: ſi deformis corpore ſuprà modum ſit: ſi parùm mentis compos, aùt fatuus eſſe videatur. In quibus omnibus conſiderandis, & expendendis cùm diligentia adhibita fuerit, quod inſtituto, & vtilitati Congregationis magis congruere videbitur, nec charitati repugnabit, id ſequendum erit.

### *De poſtulantium habitum examinatione, & officio Examinantium.*

5 *Sicut ait Apoſtolus, probate ſpiritus, ſi &c.* Vt quis ad aliquod Monaſterium Congregationis acceſſerit, petens in fratrum numerum aggregari, Superior Monaſterij adiunctis ſibi duobus, iiſque primis Senioribus (niſi fortè alteruter poſtulanti propinquitate, aùt maiore aliqua neceſſitudine, amicitiaue coniunctus ſit, tùm enim proximum ab eo Seniorem ad id negotium adhibere conueniet) interroget, & examinet

minet hominem prudenter inueſtigans, nùm quæ prædictorum impedimentorum habeat: nùm qua corporis, aùt animi conditione ad huius Congregationis inſtitutum requiſita careat: quo ſpiritu, humano, an diuino feratur, an deniquè vitæ generi, & inſtituto Congregationis aptus ſit.

6 Videat pro ratione ordinis, in quem ille admitti petit, nùm qua dote, aùt qualitate ad eum ordinem neceſſaria deſtitutus ſit: in Clericis futuris, quibus literis imbuti ſint: in Conuerſis futuris, quod artificium calleant: in Donatis, qua prudentia, conſilio, & integritate, quibus etiam corporis viribus valeant: in omnibus deniquè, qua tùm corporis ſanitate, tùm animi virtute, & religione ſint prædití.

7 Poſcat etiam ab eo literas Teſtimoniales à duobus minimùm idoneis teſtibus ſubſcriptas, quibus teſtatum fiat, ipſum, qui recipi petit, natum è legitimo matrimonio, ære alieno non eſſe obſtrictum, nequè cuiuſquam admini-

ſtra-

ſtrationis rationibus reddendis obnoxium, nequè facinoroſum eſſe, iuxtà Sixti Quinti fel. rec. Conſtitutionem. Quod ſi ille huiuſmodi literarum teſtimonium non habet, det operam, vt habeat. Caueat item, ne tàm in hac, quàm in alia omni re ad Nouitiorum receptionem pertinente contrà præfatam Conſtitutionem, ſeù etiam alia Summorum Pontificum Decreta in aliquo delinquat.

8 Atquè vt animus, & ingenium poſtulantis certiùs, & exploratiùs cognoſcatur, idem Superior det negotium alteri dictorum Seniorum, vt eum diligentiùs per complures dies, ſicùt expedire iudicauerit, examinet, eademque opera noſtræ diſciplinæ, atquè inſtituti rationem edoceat; quid illi ſit præſtandum, aùt exercendum in Monaſterio, præſertim verò quid tolerandum, nihil reticens aſperiorum, exponat. Quo intellecto, poſtulantis animus, aùt ſi ſatis habet roboris, in ſententia, conſilioque confirmetur, aùt ſi fluctuat,

incœpto viribus maiore prudenter deſiſtat.

9 Eodem tempore de eius conditione, moribus, & anteacta vita etiàm ab extraneis, & longinquis, ſi opus ſit, exquiratur. Aduenæ, quibus tantum expectandi facultas non eſt, citiùs recipi poſſint, arbitrio Superioris.

10 *Ergò ſi veniens perſeuerauerit, &c.* Cùm in hac diſquiſitione tantum temporis poſitum fuerit, quantùm ad explorandum, cognoſcendumque hominem, eiuſque conditiones Superior Monaſterij, & Seniores adiuncti ſatis eſſe iudicauerint, nihilque fuerit inuentum, quamobrèm aſpernandus, aùt reijciendus eſſe videatur, tanquàm ad Congregationem minùs aptus: cùm deniquè ea probitas, animique conſtantia in eo notata fuerit, ex qua perſeueraturum eum in ſuſcepto propoſito facilè ſperetur: tùm ſanè quærant ijdem ex eo, qua mente, & voluntate ſit. Si perſtet in ſententia, idem Superior Abbatem Generalem, aùt Prouincialem commonefaciat,

faciat, remque totam, vt euenerit, & ſuum, Seniorumque adiunctorum iudicium, nominibus ſubſcriptis, perſcribat. Abbas autem Generalis, vel Prouincialis cum voto ſuorum reſpectiuè Conſiliariorum ſtatuat de poſtulante recipi, nec ne, debeat, proùt ad diuinam gloriam, & bonum Congregationis magis conducere exiſtimauerit.

### *Quid facere debeant poſtulantes habitum, poſtquàm admiſſi ſunt, antè habitus ſuſceptionem.*

11 *. Sit in cella Hoſpitum, &c.* Simul atquè Abbas Generalis, aùt Prouincialis literis ad ſe ſcriptis reſpondens eum, de quo agitur, recipere vel miſſum facere iuſſerit, ſi quidem recipiendus eſt, mittatur quamprimùm ab illius Monaſterij Superiore ad Monaſterium Nouitiatus. Vbi in ipſo ſuo veſtitu, modeſto tamèn, & humilitati noui ſtatus ſuſcipiendi conſentaneo per aliquot dies, vt hoſpes ſit. Quo tempore, generalem

Confeſſionem peccatorum ſuorum faciat, & à Magiſtro Nouitiorum rerum ſpiritualium, & cæleſtium meditatione exerceatur; maximèque earum, quas is illi magis congruere iudicauerit: ſiuè cogitatio fuerit inaniſſimæ vanitatis Mundi fallaciſſimi, rerumque omnium caducarum, & mortalium: ſiuè pœnarum, & ſuppliciorum ſempiternorum peccantibus conſtitutorum; ſiuè quatuor rerum poſtremarum hominis: ſiuè Paſſionis, & mortis acerbiſſimæ Domini Noſtri IESV Chriſti: ſiuè ſummarum vtilitatum, vberrimorumque fructuum, qui percipiuntur ex inſtituto monaſtico, aùt aliorum id genus. Quæ Magiſter Nouitiorum facilitati conſulens tradat illi in capita diſtributa, vt ea minori negotio cogitatione verſet. Idemque Magiſter illius captui ſeſe accommodans deſcriptas, & diſpoſitas horas, quibus quodque caput meditandum erit, aſſignet.

12 *Poſteà autem ſit in Cella Nouitiorum, &c.* His diebus in hac exercitatione con-

conſumptis, cum progreſſus in omni virtute, maximèque humilitate faciendi ſpem dederit, induatur ſanè in Domino habitu Nouitiorum, & in eorum cella per annum ſit. Veſtes eius, & ſi quid pecuniæ, aùt aliud ſuum attulerit, ſcribantur: & omnia vſquè ad profeſſionem eius diligenter aſſeruentur, niſi fortè dùm Nouitius eſt, aliquid eorum in ipſius vſum inſumi contigerit. Induantur Nouitij in Capitulo coràm fratribus, adhibitis Cæremonijs in Rituali deſcriptis. Atquè hæc actio perſcribatur in codice in eum vſum comparato, adſcripto die, menſe, anno, nomine, cognomine, patria, Diœceſi, & ætate Nouitij: tempore etiam, quo in veſtitu ſuo vixit in Monaſterio, deniquè nomine Superioris, à quo habitum acceperit.

*Quonam in Monaſteriò debeant habitu indui, quidque facere debeant toto tempore Nouitiatus.*

13 In quaque Prouinciâ Monaſterium inſtitutioni Nouitiorum autoritate Apoſtolica deſtinatum ſit: eòque poſtulantes habitum, quos accipere viſum fuerit, è tota Prouinciâ mittantur. Quoniàm autem alendæ tantæ multitudini Nouitiorum, quæ fortaſsè erit, vix ſufficient facultates Monaſterij, poſſit, iuxtà Concilium Tridentinum, aliquid ab ipſis Nouitijs, aût eorum propinquis, quod quidem ſpontè detur, pro eorum victu, & veſtitu tempore probationis duntaxàt; accipi. Cætera neceſſaria, quæcunque defuerint, à cæteris Prouinciæ Monaſterijs pro rata parte, ſicùt ab Abbate Generali deſcriptum fuerit, conferantur.

14 Superior illius Monaſterij ſit alter à Magiſtro Nouitiorum. Habeatque duos, aùt plures pro domus ratione

vo-

vocis, & iuris ſuffragandi participes Monachos, eoſdemque tùm firma corporis valetudine, tùm præſtanti animi virtute præditos, quorum exemplo Nouitij ad omnes officij partes accendantur. Accedant duo Conuerſi profeſſi, aùt plures, ſi multitudo Nouitiorum poſtulet. Si tamen ex Nouitijs aliqui Conuerſi ſint, quorum opera Monaſterio poſſit eſſe vſui, ſatis ſit vnus Conuerſus profeſſus.

15 Habeantur Nouitij in propria cella; ad quam nemini niſi de Magiſtri permiſſu, iuxtà Clem. VIII. Decretum omni aditu ſit prorſus interdictum: nec liceat Nouitijs cum quoquàm, ne breuiter quidem, ſermonem habere, nedùm vſu, aùt familiaritate commiſceri.

16 Prætermiſſis quæ de Nouitiorum diſciplina quàm plurima, maximique momenti præcepta tradi poſſunt, hìc breuiter monemus & hortamur, vt cùm in ijs rectè, vel ſecùs inſtituendis ſalus, aùt pernicies omnis Congregationis poſita ſit; in hanc potiſſimùm

partem diſciplinæ noſtræ, quæ reliquas omnes continet, acri ſtudio incumbatur: & qui dant Congregationi nomen non remiſſa quadam, aùt languida ratione ad mediocritatem quandam officij informentur, ſed forti, generoſoque tyrocinio ad ſummam virtutem, & ſanctimoniam inſtruantur. Ex qua inſtitutione fiet, vt ij non ſolùm perfectiſſimam obedientiam præſtent, puriſſimam caſtitatem ſeruent, nudamque paupertatem amplectantur, ſed etiam in omni vitæ parte ad Regulæ, & inſtituti normam accuratiſſimè dirigenda ſemper animo excubantes cum omni ſermone, voce, geſtu, omnique corporis, animique motu ſummam modeſtiam, & humilitatem cum ardentiſſima charitate coniunctam oſtendant, tùm ipſa mente, & cogitatione, quantùm per humanam infirmitatem licet, Deo continenter adhæreant.

17 *Senior ei talis deputetur, &c.* Vt ad omne genus virtutum Nouitij rectè inſtitui, & erudiri poſſint, maximum ſtudium

dium adhibeatur, vt ad officium Magiſtri Nouitiorum is ſemper eligatur, in quo cum vitæ ſanctitate docendi peritia, & cum autoritate, & grauitate comitas, & manſuetudo certet, vt tanto muneri rectè gerendo par eſſe poſſit. Quantum fructum ex orationibus ſuis percipiant Nouitij, quamque vtilitatem ex Sacramentis conſequantur, etiam ij, qui fortè Sacerdotes ſunt, conſideret & ſcrutetur Magiſter, vt ex eo, quàm frequenter eorum vſum debeat eis concedere, certiùs colligat. Edoceat illos omnem animi ſui ſiuè turbidum, ſiuè tranquillum ſtatum, omnes moleſtias, tentationes, perturbationes, iucunditatem etiam, & pacem ſpiritualem ſibi patefacere, & eorum ſenſus, atquè affectus intimos ſtudeat penitùs pernoſcere. Quod quidem ad eos rectè inſtituendos magno erit ei præſidio.

18 Colloqui cum extraneis, ſiuè propinqui, ſiuè alieni ſint, aùt nunquàm, aùt perrarò, cùm grauis cauſa poſtulauerit, eis concedat, præſertim antè

antè profeſſionem; & cùm concedet, vel ipſe, vel alius ab eo miſſus colloquio interſit. In ſeipſis apud Magiſtrum accuſandis humilitatem ſtudiosè exerceant, omnique generi ſanctæ mortificationis enixè operam dent. Liberè colloquendi inter ipſos conſuetudinem, & ſolutam quandam familiaritatem minimè permittat, alium cum alio præcipua amicitia coniungi non ſinat, nec eos cum profeſſis quicquam commercij habere patiatur.

19 Alia quàm quæ ad mores eorum formandos, & ad diſciplinam regularem pertinere iudicio Magiſtri declaratum fuerit, nequè legant, nequè ſcribant. Iſque ſciat, qua quiſque eorum lectione occupetur. Vt Pſalterium memoriæ mandent, curet. Corona Monachali, niſi qui noſtri Ordinis Monaſtici profeſſi fuerint, vſquè ad profeſſionem careant. Sacerdotes ſæculares qualem habent, retineant.

20 Antè confectum annuæ probationis curriculum nulli eorum liceat, ne

ſub

ſub titulo quidem patrimonij, ad Ordines promoueri, nec Abbas Generalis poſſit in hoc diſpenſare. Ad profeſſionem admittendus duobus menſibus antè profeſſionem omni rerum ſuarum curâ; & adminiſtratione ſe prorsùs expediat. Cùm de bonis ſuis antè profeſſionem diſpoſituri erunt, nihil illis, ne nutu quidem, ſignificetur, quò libertas eorum in hac diſpoſitione facienda tantulùm poſſit impediri. Si quam renuntiationem facturi erunt; aùt aliquid dare Congregationi in animo habebunt, caueatur ne quid contrà ſacri Concilij Tridentini Decreta fiat.

21 Antè omnia quicquid eſt in eorum Regulis (quibus eorum officium latiùs explicatur) quàm diligentiſſimè ſeruare ſtudeant, eaſquè tùm priuatim ſinguli crebrò legant, tùm ſingulis menſibus vniuerſi magna voce recitandas audiant: & quid minus obſeruent, inquirant, ac ſe corrigant.

22 *Si non potès, liber diſcede, &c.* Si quis eorum dimittendus erit, id magna cautione

ne adhibita prudenter fiat, vt ea res, nequè dimiſſi animæ, aùt famæ, nequè Congregationis exiſtimationi detrimento ſit. Cur dimitti debeant, hæ potiſſimum cauſæ ſint: ſi quis ingenio, aùt natura ſit ad aliquod votorum præſtandum perdifficili: ſi pertinaci, ſuperbo, aùt elato ingenio ſit: ſi diuturna grauiter peccandi conſuetudo eius animæ, quaſi callum obduxerit: ſi moribus ijs ſit, quibus Congregationis concordia, & tranquillitas turbari, aùt infirmiores ad peccandum impelli facilè poſſint: ſi deniquè noſtræ Congregationis Inſtituto minimè congruere videatur. Reſtituantur ei quæcunque attulerit, excepto quod in eius ipſius vſum fortè conſumptum fuerit, aùt ſi quid fortè Congregationi legitimè dederit. Quod tamen ipſum reſtituendum, nec ne, ſit, iudicet Abbas Generalis, aùt Prouincialis.

23 Magiſter Nouitiorum cauſas, cur aliquem ex ſibi creditis Nouitijs dimittendum putet, Superiori locali pate-

te-

tefaciat, qui deindè poſtquàm omnia ſuis Vocalibus Monaſterij participauerit, Abbatem Generalem, aùt Prouincialem reſpectiuè admoneat, & horum alter, quid opus ſit facto, cum ſuorum deputatorum conſilio definiat. Quod ſi Nouitius ſpontè ſua velit diſcedere, Magiſter ne ſit moleſtus in eo retinendo: tantùm cohortationem benignam adhibeat, & preces ad Deum pro eo. Si quis cùm ſemel dimiſſus fuerit, aùt ſpontè ſua diſceſſerit, denuò recipi petat, quæratur de eo per literas, ſi fieri poteſt, ex eo ipſo Monaſterio, quod reliquit: & ſi denuò admitti ad habitum cenſeatur, cùm eo agatur, ac ſi tunc primò recipiendus eſſet.

## *De Profeſſione, & poſt eam agendis.*

24 *Tunc ſuſcipiatur in Congregatione, &c.* Decurſo probationis, aùt Nouitiatus annuo ſpatio, nullus ad profeſſionem admittatur, niſi per vocum pluralita-

litatem eorum, qui ſunt in Monaſterio vocalium, accedente Magiſtri voce (cuius potiſſimùm haberi ratio debet) approbatus. Quæ approbatio poſt decimum menſem Nouitiatus omninò fiat. Cùm igitur ex pluralitate vocum conſtitutum fuerit, admittendum eſſe ad profeſſionem Nouitium, admoneatur de re tota Abbas Generalis, aùt Prouincialis, deque ſuffragiorum numero, quæ in id conuenerint. Qui rem diligenter examinatam, momentoque ſuo ponderatam communicet cum ſuis reſpectiuè Conſiliarijs, & de eorum votò ſtatuat in Domino quid agi debeat. Admiſſurus autem Nouitium ad profeſſionem, ea cæremonia vel ipſe defungatur, vel alteri, qui nomine ſuo defungatur, mandet; idque in eodem illo Monaſterio, in quo ille probationis curriculum confecit.

25 Nouitij à Capitulo Monaſterij, & ab Abbate Generali, aùt Prouinciali reſpectiuè approbati, poterunt ad Pro-

ſeſ-

feſſionem admitti tempore Capituli Generalis ex commiſſione tamen alterius ſupradictorum.

26 *Suſcipiendus autem in Oratorio, &c.* Profeſſionis faciendæ ratio erit, vt in Eccleſia coràm Abbate Genera , aùt Prouinciali, aùt alio ab altero eorum delegato, cæteriſque fratribus præſentibus Nouitius ritu, & formula præſcripta votum emittat, his verbis.

*In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem N. die N. Menſis N. Ego frater N. cognominatus in ſæculo N. Clericus, vel Conuerſus, de tali loco, & Diœceſi, promitto ſtabilitatem meam, & conuerſionem morum meorum, & Obedientiam ſecundùm Regulam Sancti Benedicti, & Conſtitutiones Congregationis Monachorum Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis, coràm Deo, & omnibus Sanctis eius, quorum Reliquiæ habentur in hoc loco constructo in honorem Sancti N. In præſentia Domni N. Abbatis Generalis, vel Prouincialis, vel Prioris talis. Ego frater N. à Sancto N. manu propria.* ✝

Hanc

27 Hanc autem formulam profeſſurus ipſe, ſi poteſt, ſua manu ſcribat, vt eſt in Regula. Idemque poſt in libro ad eum vſum comparato iterùm ſcribat, & ſubſcribat. Qui liber, profeſſionum liber appellandus diligenter aſſeruetur, eique, ſi qua controuerſia inciderit, plena fides adhibeatur. Poſt profeſſionem nouus profeſſus eidem Magiſtro, eidemque diſciplinæ toto proximo triennio ſubſit, aùt certè ad aliquod Profeſſorium autoritate Apoſtolica, vel iam deputatum, vel deputandum, ad complendum triennium mittatur, ibi eodem modo, quo ſuprà educandus, & literis imbuendus ad arbitrium Superiorum. Eodemque tempore, nec actiuam, nec paſſiuam vocem habeat, nec promoueatur ad ſacros Ordines; niſi fortè Abbati Generali, Seniores Aſſiſtentes, & Procuratorem Generalem in conſilium adhibenti virtus, aùt ætas alicuius perſuaſerit, vt cum eo diſpenſet. Hoc triennio peracto, aùt antè (ſi fortè propter ætatem

ſacris

ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem cum eo, vt ſuprà, diſpenſatum fuerit, poterit Abbas Generalis de ſuorum Conſiliariorum voto nouum profeſſum ad aliquod aliud Monaſterium deſtinare.

28 Atquè hæc omnia in Clericos, & Conuerſos æquè conueniunt. De quibus Conuerſis hoc tantùm dictum ſit, debere eos cum Clericis in Refectorio accumbere; & quiſquis pro Conuerſo ſemel receptus fuerit, nunquàm poſſe in Clericorum numerum adſcribi.

29 Donati quatuor, aùt ſex menſes in eodem Monaſterio, in quo recepti ſunt, pedem non efferentes è Monaſterio, ad obedientiam, deuotionem, laborem, & reliqua neceſſaria informentur, ac doceantur. Anno probationis Donati confecto, Superior Monaſterij cum conſilio Seniorum, ſi dignum iudicat, qui ad profeſſionem admittatur, cum Abbate Generali, aùt Prouinciali per literas conſulto facultatem acceperit, eum tandem ad profeſſionem for-

ma in Rituali præſcripta admittat. Iſque dùm in Congregatione perſeuerit, caſtitatem, paupertatem, & obedientiam ſeruare teneatur.

90 Donati poſt omnes Monachos vltimum locum ſemper teneant: ſeorsùm autem à Monachis cibum capiant. Itaquè vel extrà Refectorium capiant, vel in Refectorio antè primam menſam, vel etiam in ſecunda menſa ſeparati à Monachis. Donatis, qui octo annis in noſtra Congregatione laudabiliter perſeuerauerint, concedatur, ſi ità videbitur, habitus Conuerſorum & mittantur ad Nouitiatum. Poſſit ſuper illos annos Abbas Generalis diſpenſare poſt quinquennium præuia informatione Prioris, & Capituli Monaſteriorum, in quibus degunt. Si quis eorum recipi petat ad ſolemnem Profeſſionem non immutato habitu, præuio probationis anno, admittatur, dummodò per decennium laudabiliter in Congregatione vixerit, vel poſt quinquennium, ſi cum eo Abbas Generalis de ſuorum Conſilia-

liariorum conſenſu diſpenſauerit. Vt vitæ actiuæ, in qua potiſſimum verſantur, operam maiore ſtudio, & alacritate nauent, ſciant ſe omnium bonorum ſpiritualium totius Congregationis, & omnium Indulgentiarum, & remiſſionum peccatorum Congregationi conceſſarum eſſe participes.

31 Quòd ſi quis eorum alicui grauiori vitio addictus fuerit, aùt etiam exemplo malo noceat alijs, agatur cum eo, ſicùt in Regula præſcriptum eſt, tandemque ſi inſanabilis ſit, expellatur. Quod tamen, cum grauiſſimum, extremumue ſit, nec ſinè magna deliberatione, & conſilio, nec ſinè licentia Abbatis Generalis fiat.

## *De filijs nobilium, vel pauperum, qui offeruntur.*

## C A P. L I X.

*SI quis forte de nobilibus offert filium ſuum Deo in Monaſterio, ſi ipſe puer minori ætate eſt, parentes eius faciant petitionem, quam ſupràdiximus. Et cum oblatione ipſam petitionem, & manum pueri inuoluant in palla Altaris, & ſic eum offerant. De rebus autem ſuis, aùt in præſenti petitione promittant ſub iureiurando, quia nunquàm per ſe, nunquàm per*
al. ſuſpectam * *ſuffectam perſonam, nec quolibet modo ei aliquandò aliquid dent, aùt tribuant occaſionem habendi. ¶ Vel certè ſi hoc facere noluerint,*
al. vol´t *& aliquid offerre * voluerint in eleemoſynam Monaſterio, pro mercede ſua, faciant ex rebus, quas dare volunt Monaſterio, donatio-*
al. vſufructuario *nem, reſeruato (ſi ita voluerint) * vſufructu. Atquè ita omnia obſtruantur, vt nulla ſuſpicio remaneat puero, per quam deceptus perire poſſit (quod abſit) quod experimento didicimus.*

*cimus. Similiter autem, & pauperiores faciant. Qui verò ex toto nihil habent, ſimpliciter petitionem faciant, cum oblatione offerant filium ſuum coram teſtibus.*

1 S*I ipſe puer minori ætate eſt, &c.* Cùm ſuperiori capite cautum ſit, ne quis ad noſtræ Congregationis nouitiatum ſine Abbatis Generalis diſpenſatione admittatur, qui decimum ſeptimum ætatis annum non expleuerit, nullus huic capiti Regulæ locus relinquitur.

## *De Sacerdotibus, qui* voluerint in Monaſterio habitare.*

al. add. fortè

## *CAP. LX.*

*SI quis de ordine Sacerdotum in Monaſterio ſe ſuſcipi rogauerit, non quidem ei citiùs aſſentiatur: tamèn ſi omninò perſtiterit in hac * petitione, ſciat ſe omnem * Regulæ diſciplinam ſeruaturum, nec aliquid ei relaxabitur, vt ſit, ſicut ſcriptum eſt: Amice ad quid veniſti? Concedatur ei tamèn poſt Abbatem ſtare,* Mat. 29

al. ſupplicatione
al. omnê diſciplinæ regulam

*& benedicere, aùt Miſſas * canere, ſi tamèn iuſſerit ei Abbas. Sin aliàs, nullatenùs aliqua præſumat, ſciens ſe diſciplinæ Regulari ſubditum, & magis humilitatis exempla omnibus det. ¶ * Si fortè ordinationis, aùt alicuius rei cauſa fuerit in Monaſterio, illum locum attendat, quandò ingreſſus eſt in * Monaſterium, non illum, qui ei pro reuerentia Sacerdotij conceſſus eſt. Clericorum autèm, ſi quis eodem deſiderio Monaſterio ſociari voluerit, loco mediocri * collocetur. Et * ipſe tamèn ſi * promittit de obſeruatione Regulæ, vel propria ſtabilitate.*

al. tenere
al. Et ſi
al. [illegible]
al. collocentur
al. ipſi
al. promittunt
al. promiſerint

1 CONCEDATVR *ei tamen, &c.* Sacerdos ſæcularis, qui petierit, ad noſtræ Congregationis nouitiatum, tandemque ſolemnem profeſſionem admitti poſſit. Iſque in nouitiatu ob reuerentiam Sacerdotij cæteros Nouitios ordine antecedat quod tamen in eorum, qui antè ipſum recepti ſunt, cùm ad Preſbyteratum promoti fuerint, præiudicium non ſit.

*De*

## *De Monachis peregrinis qualiter ſuſcipiantur.*

## *CAP. LXI.*

*SI quis Monachus peregrinus de longinquis Prouincijs ſuperuenerit, ſi pro hoſpite voluerit habitare in Monaſterio, & * contentus fuerit conſuetudine loci, quam inuenerit, & non fortè ſuperfluitate ſua perturbat Monaſterium, ſed ſimpliciter contentus eſt, quod inuenerit: ſuſcipiatur quanto tempore cupit. Si qua * ſanè rationabiliter, & cum humilitate * charitatis reprehendit, aùt * oſtendit, tractet Abbas prudenter, ne fortè * eum propter hoc ipſum Dominus direxerit. ¶ Si verò poſteà voluerit ſtabilitatem ſuam firmare, non renuatur talis voluntas: & maximè, quia tempore hoſpitalitatis potuit eius vita * dignoſci. Quòd ſi ſuperfluus, aùt vitioſus inuentus fuerit tempore hoſpitalitatis, non ſolùm non debet ſociari corpori Monaſterij, verùm etiam dicatur ei honeſtè, vt diſcedat: ne eius miſeria etiam alij vitien-*

al. contentus eſt

al. tamèn

al. omitt. charitatis

al. ſine oſtendit

al. pro hoc ipſo eum Dominus direxerit

al. dinoſci

*tientur. Quod ſi non fuerit talis, qui mereatur proijci, non ſolum, ſi petierit, ſuſcipiatur Congregationi ſociandus: verùm etiam ſuadeatur, vt ſtet, vt eius exemplo alij erudiantur: * & quia in omni loco vni Domino ſeruitur, * & vni Regi militatur. ¶ Quem etiam, * ſi talem eſſe perſpexerit Abbas, liceat eum in * ſuperiori * aliquantulum conſtituere loco. Non ſolùm autem * Monachum, ſed etiam de * ſupradictis gradibus, Sacerdotum, vel Clericorum ſtabilire poteſt Abbas in maiori, quàm * ingreditur loco, ſi * eorum talem * perſpexerit eſſe vitam. Caueat autem Abbas, ne aliquandò * de alio noto Monaſterio Monachum ad habitandum ſuſcipiat, ſinè conſenſu Abbatis eius, aùt literis commendatitijs, quia ſcriptum eſt: Quod tibi non vis fieri, * alteri ne feceris.*

al. ſine, &
al. ſine, &
al. ſi ponunt ante, etiam
al. ſuperiore
al. aliquantum
al. Monachi
al. ſuprascriptis
al. ingrediuntur
al. proſpexerit
al. add. iam
al. alio
al. alij
*Mat. 7.*

1 MVLTI ſæpè, & ij magna ex parte non ratione, & conſilio ducti, ſed inconſtantia tamquam æſtu, & tempeſtate quadam abrepti, ſua relicta Religione, ad alienam tranſire conantur. In quam cùm idem leuitatis morbus eos perſequatur, fit vt non ſolùm quietis expertes ipſi ſint, ſed etiam contagione

ne quadam, alijs turbas, & moleſtias afferant. Vt autem ſemper ab hoc malo Congregatio noſtra ſeruetur immunis. Decernimus, quod alterius Religionis Profeſſi (noſtra Ciſtercienſi excepta) nullo modo inter nos recipi poſſint, ſitque illis omninò ad nos aditus interdictus. Si quis autem ex ordine noſtro Ciſtercienſi admitti petierit, niſi cum diſpenſatione Abbatis Generalis conſilij ſui conſenſum adhibentis non admittatur.

## *De Sacerdotibus Monaſterij.*

## *CAP. LXII.*

*SI quis Abbas ſibi Presbyterum, vel * Diaconum * ordinari petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit Sacerdotio fungi. Ordinatus autem caueat elationem, aùt ſuperbiam. Nec quicquam præſumat, niſi quod ei ab Abbate præcipitur; ſciens ſe multò magis diſciplinæ regulari ſubditum. Nec occaſione Sacerdotij obli-* al. Diaconem al. ordinare

*uiſca-*

*uiſcatur Regulæ obedientiam, & diſciplinam: ſed magis, ac magis in * Deum proficiat. ¶ Locum verò illum ſemper attendat, quo ingreſſus eſt * Monaſterium, præter officium Altaris, & ſi fortè electio Congregationis, & voluntas Abbatis pro vitæ merito eum promouere voluerit. Qui tamen * regulam à Decanis, vel Præpoſitus conſtitutam ſibi * ſeruandam ſciat, quod ſi aliter præſumpſerit, * non vt Sacerdos, * ſed vt rebellis iudicetur. Et ſæpè admonitus, ſi non correxerit, etiam Epiſcopus adhibeatur in teſtimonium. Quòd ſi nec ſic emendauerit, clareſcentibus culpis, proïjciatur de Monaſterio: ſi tamèn talis fuerit eius contumacia, vt ſubdi, aùt obedire Regulæ nolit.*

al. Domino
al. in Monaſterio
i. directionem
al. ſeruare
al ſeruari
al. non Sacerdos ſed rebellio

1 De *ſuis eligat, qui dignus ſit, &c.* Abbatis Generalis, aùt certè Prouincialis ſit Ordinum ſuſcipiendorum poteſtatem facere. Habeat tamèn priùs à Superiore, & Senioribus Monaſterij bonum de vita, & moribus ordinandi teſtimonium.

2 Quotiès quis erit in aliquo Monaſterio ordinandus, denuntietur id palàm in Monaſterij, cuius eſt, Capitulo:

vt

vt ſi quis labem, aùt vitium eius aliquod ſciat, propter quod ordinari debere non videatur, indicet, non publicè quidem, ſed priuatim Superiori, aùt vni alicui Seniorum.

3 Exploretur etiam quantùm in literis, & doctrina profecerit, antequàm ad examen publicum mittatur, idque per idoneos, quibus Abbas Generalis, aùt Prouincialis id negotij dederit: qui rationem à Concilio Tridentino præſcriptam teneant. Seruentur etiam legitima temporum interſtitia, iuxtà ipſum Concilium, niſi propter cauſam Abbas Generalis cum aliquo diſpenſandum cenſuerit.

4 Qui ad Subdiaconatum, & qui ad Presbyteratum erunt promouendi, aliquot antè diebus ad arbitrium Superioris ſui in rerum cæleſtium ſancta meditatione ſtudioſiùs verſentur. Moneaturque quiſque ordinandorum vno antè menſe, ad quem Ordinem promouendus deſtinetur.

5 Qui per ſe, vel per alium dederit ope-

operam, vt ad quemcunque Ordinem promoueatur, ei ſuſceptione Ordinum ad tempus arbitrio Superioris conſtituendum ſit interdictum.

6 Celebretur Miſſæ Sacrificium ab omnibus Sacerdotibus ad Miſſalis Monaſtici præſcriptum. In Miſſis ſolemnibus tot candelæ accendantur, quot præſcribuntur in Rituali lib. 1. cap. 21. num. 10. accendendæ ad Veſperas, & Tertiam. Rituum & cæremoniarum in Miſſis tùm maioribus, tùm minoribus ſeruandarum ratio, qualis in Rituali deſcribitur, tàm à Celebrante, quàm ab eo, qui ei inſeruit, adhibeatur.

7 Ad Presbyteratum promoti ne antè celebrent, quàm cæremoniarum Miſſæ totam rationem idonea meditatione percalleant. Studeant omnes Sacerdotes Miſſæ cæremonias præſcriptas adamuſſim, quàm religioſiſſimè ſeruare. Ex quo ſtudio ſumma in Miſſa celebranda cæremoniarum conſenſio, & vniformitas omnium Sacerdotum Congre-

gregationis exiſtat. Miſſam primam nouus quiſque Sacerdos ſinè oblatione, patrino, & omninò ſinè ſolemnitate celebret, & prorsùs, vt quæuis alia priuata Miſſa quotidiè celebratur. Quotidiè quilibet Sacerdos, niſi impedimento aliquo detentus ab ipſo Superiore approbando celebret: non Sacerdos autem ſingulis diebus Miſſam audiat. Semèl in hebdomada ſit in arbitrio cuiuſque Sacerdotis ob quamcunque piam cauſam voluerit, Miſſam dicere.

8 Miſſa Conuentualis pro Congregatione quotidiè in quoque Monaſterio celebretur. Pro anima cuiuſque fratris etiam Donati, cùm in Monaſterio, cui adſcrìptus fuit, diem ſuum obierit, ſinguli Sacerdotes eiuſdem Monaſterij ternas Miſſas celebrent: in tota verò Congregatione, ſingulas: Clerici Monaſterij Pſalterium ſemèl recitent: Conuerſi *Pater noſter*, & *Aue Maria* centies quinquagies, Donati quinquagies dicant Clerici, Conuerſi, & Donati totius Con-

Congregationis perſoluant *Pater noſter* quinquies, & *Aue Maria* quinquagies. Cætera ſuffragia ad cuiuſque arbitrium addantur. Pro Abbate verò Generali defuncto, itemque pro Superioribus maioribus, Prouincialibus, cuiuſque Monaſterij Superioribus, item pro his, qui aliquando Generalatus officio functi ſunt, & etiam pro his, qui extra Monaſterium diem ſuum obeunt, fiant ſuffragia prout in Rituali lib. 1. cap. 31, à num. 5.

9 Vt ſupradicta præſtari poſſint, Superior Monaſterij, in quo quiſque moritur, ſtatim de eius morte quos oportuerit, commonefaciat. Pro aliquo fratre Congregationis de ea bene merito vita functo poſſit de mandato Superioris ad conſtituta ſuffragia aliquid adiungi.

10 Cùm piæ liberalitati fundantium Monaſteria debeatur, vt eis tùm grata beneficij ab eis accepti recordatione, tùm omni pietatis officio, quàm maximam gratiam referre ſtudeamus, ſtatui-

tuimus, vt cùm primùm alicuius beneficio Monaſterium aliquod ad hanc Congregationem acceſſerit, Abbas Generalis eam vniuerſam admoneat, vt à ſingulis Sacerdotibus pro fundatore Sacrificium offeratur. Quilibet etiam Sacerdos celebrans, fundatoris Monaſterij, in quo celebrat, in memento ſemper recordetur.

11 Fundatores, parentes, fratres, ſorores noſtri in ſocietatem meriti omnium bonorum operum, quæ diuino munere in tota Congregatione fient, ab omnibus fratribus noſtris recipiantur.

12 Miſſarum onera perpetua legatis, donationibus, aùt alijs quibuſuis diſpoſitionibus addita, niſi propter iuſtam cauſam à Capitulo Generali, vel ab Abbate Generali de conſenſu Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis expendendam, nec non Decreti Vrbani Octaui fel. rec. ſeruata forma, non accipiantur. Sed ne ea quidem, quæ ad tempus ſunt, accipere liceat, ſi functio-

ctionibus Inſtituti noſtri repugnent, aùt ſinè graui cauſa, cuius iudicium penès Abbatem Generalem, aùt Prouincialem cum Superiore Monaſterij in quo eſt, coniunctum ſit.

13 In Eccleſijs noſtris nemini extraneo concedatur ſepultura, præterquàm id ius habentibus, & ijs benefactoribus, quibus Abbas Generalis cum Seniorum Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis conſilio id tribuendum duxerit: quod quidem ille ob pias tantùm, maximique momenti cauſas faciat. Multò verò difficiliùs ſepulturæ concedantur in ijs Eccleſijs Congregationis, in quibus nemini adhùc à noſtris conceſſæ ſunt. Cumque ſepelietur aliquis in Eccleſijs noſtris, fiant omnia, vt in Rituali, exceptis Eccleſijs, in quibus alia conſuetudo ſuſcepta eſt. Nunquàm autem in ſepulchro fratrum quiſquam condatur, ſed in alio ſeparato; nec concedantur ſepulturæ, quæ Eccleſiæ ſint incommodo. Si aliquandò accidat, vt aliquis in Eccleſia noſtra ſepeliri expoſtulet,

let, nec tempus patiatur conſulere Abbatem Generalem, liceat Superiori Monaſterij cum conſenſu Capituli ſui ſepulturam quidem conçedere, non tamen ius ſepulturæ.

## *De ordine Congregationis.*

## *CAP. LXIII.*

*ORdines ſuos in Monaſterio ità conſeruent, vt* * *conuerſionis tempus, & vitæ meritum diſcernit,* * *vtquè Abbas conſtituerit. Qui Abbas non conturbet gregem ſibi commiſſum, nec quaſi libera vtens poteſtate,* * *iniuſtè diſponat aliquid: ſed cogitet ſemper, quia de omnibus iudicijs, & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem. Ergò ſecundùm ordines, quos conſtituerit, vel quos habuerint ipſi fratres, ſic accedant ad pacem, ad Communionem, ad Pſalmum imponendum, in Choro ſtandum. Et in omnibus omninò locis, ætas non* * *diſcernatur in ordine, nec præiudicet: quia Samuel, & Daniel pueri* * *Presbyteros iudica-*

al. conuerſationis

al. aut quomodo Abbas

al. ſine iniuſtè

al. diſcernat ordines

1. Reg. 7

*Dan.* 13

i. ſenes

S *ue-*

*uerunt. ¶ Ergò exceptis his, quos (vt diximus) altiori conſilio Abbas prætulerit, vel degradauerit certis ex cauſis; reliqui omnes, vt conuertuntur, ità ſint: vt verbi gratia, qui ſecunda hora diei venerit in * Monaſterium, iuniorem ſe nouerit illius eſſe, qui prima hora venit diei, cuiuslibet ætatis, aùt dignitatis ſit. Pueris * verò per omnia ab omnibus diſciplina * teneatur. Iuniores igitur priores ſuos honorent: priores iuniores ſuos diligant. In ipſa * autem appellatione nominum, nulli liceat alium puro nomine appellare: ſed priores iuniores ſuos fratres nominent: Iuniores autem priores ſuos * Nonnos vocent: quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem, quia vices Chriſti agere creditur, * Domnus, & Abbas vocetur, non ſua aſſumptione, ſed honore, & amore Chriſti. Ipſe autèm cogitet, & ſic ſe exhibeat, vt dignus ſit tali honore. ¶ Vbicunque autem ſibi obuiant fratres, iunior à priore benedictionem petat. Transeunte maiore, * minor ſurgat, & det ei locum ſedendi. Nec præſumat iunior conſedere, niſi ei præcipiat Senior ſuus: vt fiat quod ſcriptum eſt: Honore inuicem præuenientes. Pueri, * paruuli, vel*

al. Monaſterio

al. ſine vero

al. conſeruata

al. ſine autem

al. Domnos

al. Dominus

al. iunior

Rom. 12

al. parui

*vel adoleſcentes in Oratorio, vel ad * menſas, cum diſciplina ordines ſuos conſequantur. Foris autem, vel * vbi vbi, cuſtodiam habeant, & diſciplinam, vſquè dùm ad intelligibilem ætatem perueniant.* al. ad mẽſam al. vbilibet al. intel'egibilem

1 Ordines *ſuos, &c.* Poſt Abbatem Generalem omnes alios dignitate antecedentem, ſecundum locum obtineant Seniores Aſſiſtentes.

2 Poſt Aſſiſtentes, extrà Capitulum Generale, ſequantur Prouinciales, mox Viſitatores, & deindè Procurator Generalis, atq; poſt hos Superiores locales, qui extrà Monaſteria Profeſſionis inter ſe loca tenebunt; in Monaſterijs verò, Monaſteriorum, quibus præſunt, ordinem ſeruabunt. Ob prærogatiuam tamen actualis regiminis, quilibet Prouincialis in ſua Prouincia Prouinciales cæteros, & Abbas, ſeù Prior in proprio Monaſterio, & in Ciuitate, & Oppido, in quibus Monaſteria ſita ſunt, cæteros alios Abbates, ſeù Priores, reſpectiuè præcedent. In Capitulo autem Generali, omnes prædicti ſeruent ordinem,

qui infrà, cùm de Capitulo Generali agetur, deſignabitur.

3 In quoque autem Monaſterio hic ſit ordo. Secundus à Superiore, ſiuè Abbas ſit, ſiuè non, Abbas titularis, ſi aderit, cæteros antecedat: poſt hunc ſi Superior Abbas fuerit, Prior: ſi minus, Supprior, tùm Magiſter Nouitiorum, qui Prior in Abbatijs, & Supprior in Prioratibus, itemque Magiſter Nouitiorum in proprio Monaſterio cæteros inferiores præcedant, in alienis verò loca profeſſionis retineant. Sequantur deindè Sacerdotes, poſteà Clerici, deindè Conuerſi, & poſtremò Donati. Quorum omnium quiſque pro antiquitate temporis, quo profeſſus eſt, & in Congregationem adſcriptus fuit, Sacerdos inter Sacerdotes, Clericus inter Clericos, Conuerſus inter Conuerſos, Donatus deniquè inter Donatos locum habeant.

4 Cùm autem plures eadem die in diuerſis Monaſterijs Profeſſionem emiſerint; tunc qui prius illorum habitum ſu-

ſuſceperit, cæteros præcedat, quod ſi eadem etiam die habitum ſuſceperint, præcedant inter ſe ſecundùm Prioritatem Monaſteriorum, in quibus induti fuerint.

5 *In ipſa appellatione nominum, &c.* Hæc Congregatio, iuxtà Breue Vrbani VIII. fel. rec. Monachorum Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis appelletur. Superior Congregationis ab omnibus Abbas Generalis, Pater, & Domnus vocetur, addito titulo Reuerendiſſimi. Alij Superiores, ſiuè Seniores Aſſiſtentes, ſiuè Viſitatores, ſiuè Procurator Generalis, ſiuè Prouinciales, Patres, Domni, & Admodùm Reuerendi dicantur. Superiores deniquè ſingulorum Monaſteriorum, & ab alijs, & inter ſe Domni tantùm vocentur, cum titulo Admodùm Reuerendi, quo titulo etiam fruantur, qui Generalatus officio functi ſunt, Abbates nuncupandi.

6 Priores in Abbatijs, Suppriores, ac Sacerdotes omnes inter ſe, & ab alijs

Reuerendi Domni appellentur. Clericos Domnos, & cæteros inferiores fratres tota Congregatio appellabit. Hac eadem titulorum diuerſitate vtantur omnes in ſcribendis Epiſtolis, proùt fuſiùs in Rituali.

7 Retineat quiſque nomen ſuum proprium, ſi quidem fuerit alicuius Sancti nomen: cognomen deponat. Pro quo nomen alicuius Sancti præfixa præpoſitione, de, vel, à, in ſexto caſu efferendum accipiat, idque à Superiore ſuo, quo tempore Congregationis habitum Nouitius ſuſcipit.

8 *Vbicunque autem ſibi obuiant fratres, &c.* Cùm frater in fratrem inciderit, poſterior ordine à priore benedictionem petat, & inclinato corpore caput humiliter aperiat. Si verò Superior obuiam factus fuerit, frater aliquantùm deflectens de via, conuerſo ad eum vultu, profundè ſe inclinet.

## *De ordinando Abbate.*

## *CAP. LXIV.*

*IN Abbatis ordinatione illa ſemper conſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors Congregatio ſecundùm timorem Dei, ſiuè etiam pars, quamuis parua Congregationis ſaniori conſilio elegerit. Vitæ autem merito, & ſapientiæ doctrina eligatur, qui ordinandus eſt, etiam ſi vltimus fuerit in ordine Congregationis. Quòd ſi etiam omnis Congregatio vitijs ſuis (quod quidem abſit) conſentientem perſonam pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenùs in * notitiam Epiſcopi (ad cuius Diœceſim pertinet locus * ipſe) vel Abbatibus, aùt Chriſtianis vicinis claruerint, prohibeant prauorum præualere conſenſum, * & domui Dei dignum conſtituant diſpenſatorem: ſcientes pro hoc ſe recepturos mercedem bonam, ſi illud caſtè, & zelo Dei faciant, ſicut * è diuerſo peccatum * incurſuros ſi * negligant. ¶ Ordinatus autem Abbas, cogitet ſemper qua-*

al. notitia

al. ille

al. ſed

al. è contrario

al. omitt. incurſuros

al. neglegant

le onus ſuſcepit, & cui redditurus eſt rationem villicationis ſuæ. Sciatque ſibi oportere prodeſſe magis, quàm præeſſe. Oportet ergò eum

al. in lege
eſſe doctum * lege diuina, vt ſciat, * vndè pro-

al. add. & ſit
ferat noua, & vetera: Caſtum, ſobrium, * 

al. ſic
miſericordem, & ſemper ſuperexaltet miſericordiam iudicio, vt idem ipſe conſequatur. Oderit vitia, diligat fratres. ¶ In ipſa autèm correptione prudenter agat, & ne quid nimis: ne dùm nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas. Suamquè fragilitatem ſemper ſuſpectus ſit: memineritque, calamum quaſſatum non conterendum. In quibus non dicimus, vt permittat nutriri vitia, ſed prudenter, & cum

al. vt viderit
charitate ea amputet, * proùt viderit cuìquè expedire, ſicùt iam diximus, & ſtudeat plus amari, quàm timeri. Non ſit turbulentus, & anxius, non ſit nimius, & obſtinatus, non ſit zelotypus, & nimis ſuſpicioſus, quia nunquàm

al. requieſcit
* requieſcet. ¶ In ipſis imperijs ſuis ſit prouidus, & conſideratus, ſiuè ſecundùm Deum,

al. omitt. ſint
ſiuè ſecundùm ſæculum * ſint. Opera, quæ iniungit, diſcernat, & temperet, cogitans diſcre-

Gen. 33
tionem Sancti Iacob dicentis: Si greges meos plùs in ambulando fecero laborare, morientur cun-

*cuncti vna die. Hæc ergò, aliaque teſtimonia diſcretionis matris virtutum ſumens, ſic omnia temperet: * vt & fortes ſint, * qui cupiant, & infirmi non refugiant. Et præcipuè, vt præſentem regulam in omnibus conſeruet, vt dùm benè miniſtrauerit audiat à Domino, quod ſeruus bonus, qui erogauit triticum conſeruis ſuis in tempore ſuo: Amen dico vobis, ait, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*

al. vt ſi quod & fortes cupiant al. quod

Mat. 24

1 IN *Abbatis ordinatione, &c.* Electio tùm Abbatis Generalis, tùm aliorum quorumuis Superiorum in Capitulo Generali fiat modo ſeparatim deſcripto. Vt autem honorum, & dignitatum cupiditati, omnique ambitioni, quantùm fieri poteſt, obſtruatur aditus, decernimus, vt ſi quis Abbas Generalis, aùt aliam quamcunque dignitatem Congregationis, aùt aliam quamuis externam ambierit, aùt vt ea mandetur alteri cuiuis, conatum adhibuerit, is voce actiua, & paſſiua in perpetuum careat, vel etiam grauiori pœna puniatur arbitrio Capituli Generalis. Quod ſi quis aliquem ei rei dare operam cognouerit,

niſi quamprimùm deferat ad Capituli Generalis Præſidem, eadem pœna teneatur. Quæ tamen poſſit interdùm à Capitulo minui. Et in vniuerſum quiſquis aliquod officium, munus, ordinem, aùt gradum ſuperiorem in Congregatione, vel Monaſterio ſtuduerit adipiſci, graues pœnas luat: vt eius exemplo alij ſapiant, & huic teterrimæ peſti nullus ſit in Congregatione locus. Quod ſi quis contrà hoc Decretum dignitatem, vel officium ambitum fuerit aſſequutus, is præter dictas pœnas, dignitate etiam, aùt officio adepto mulctetur, aùt ijs fungi, quantùm in nobis ſit, prohibeatur. Nec contrà hanc Conſtitutionem vnquàm diſpenſetur.

2 Cæterùm caueant omnes, ne beneficia Eccleſiaſtica extrà Congregationem ambiant, procurent, & contrà Breue Apoſtolicum Alexandri Papæ Septimi fel. rec. infrà has Conſtitutiones relatum obtineant. Tranſgreſſores pœnis in eodem Breui contentis omninò coërceantur. Demùm noſtros omnes

nes

nes monemus, Capitulum Generale acceptaſſe Conſtitutiones Pauli V. fel. rec. in fine huius libri referendas, quibus præcipitur, ne quis ſub pœnis in eiſdem Conſtitutionibus expreſſis ad officia, & dignitates Congregationis promoueatur ob fauorem, aùt literas commendatitias quarumcumque perſonarum: quarum Conſtitutionum obſeruantiam, omnibus, & ſingulis noſtris ſub eiſdem pœnis omninò indicimus.

3 Prohibemus etiam omnibus noſtræ Congregationis Monachis, ne in quibuſuis Vniuerſitatibus, aùt alijs Theologorum Collegijs, vel alio pacto Lauream Doctoratus, in quacumque facultate etiam Theologica ſinè licentia expreſſa, & in ſcriptis habita Abbatis Generalis accipiant. Qui contrafecerit pœna Abbati Generali arbitraria plectatur.

4 Priores, vbi Prioratus tantùm, non Abbatiæ fuerint, habeant omnia priuilegia, & iuriſdictiones, quas Abbates: ijs tantùm exceptis priuilegijs, quæ

Ab-

Abbatibus per benedictionem conferuntur. Superioribus cuiuſq; Monaſterij ritè in Capitulo creatis liberam poteſtatem in Monaſteria, loca, & perſonas eorum fidei creditas, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſecundùm Regulam Sanctiſſimi Patris Benedicti, & has Conſtitutiones damus: vt ex eorum præſcripto regendi, gubernandi, coërcendi, puniendique, qui ſibi commiſſi fuerint, ius habeant.

5 *In notitiam Epiſcopi, &c.* Cùm hæc Congregatio ſit ab Epiſcoporum iuriſdictione ſoluta, ac libera, Sanctæque Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubſit, quotieſcunque quid extiterit in ea maioris poteſtatis autoritate conſtituendum, id non ad Epiſcopum, ſed ad Abbatem Generalem referatur.

6 *Prudenter, & cum charitate vitia amputet.* Superiores, vt in cuiuſque animo aliqua immoderatior cupiditas apparuerit, coërceant. Nec ſolùm peccata commiſſa vindicent, ſed etiam, quod maius eſt, ne committantur, quàm

ma-

maximè prouideant. Itaquè ſi quem in cibo, aùt potu intemperantiorem animaduerterint, ſi pigrum, aùt inertem, ſi nimis ſomno indulgentem, ſi veſtitus elegantioris, aùt aliarum deliciarum cupidum, ſi pertinacem, & ſui iuris, aùt elationem animi præ ſe ferentem, hæc omnia tanquàm ſpinas quaſdam ex eorum ànimis prudenter euellere ſtudeant, & malo naſcenti, quod corroboratum difficiliùs ſanaretur, ſolerti curatione tempeſtiuè occurrant.

## *De Præpoſito Monaſterij.*

## *CAP. LXV.*

*SÆpiùs quidem contingit, vt per ordinationem Præpoſiti ſcandala grauia in Monaſterijs oriantur: dùm ſunt aliqui maligno Spiritu ſuperbiæ inflati,* qui æſtimantes ſe ſecundos eſſe Abbates, aſſumentes ſibi tyrannidem ſcandala nutriunt, & diſſentiones in * Congregatione faciunt, & maximè in illis locis, vbi ab eodem*

al. &

al. in Cõgregationes

al. eis *dem Sacerdote, vel ab * eiſdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipſis etiam, & Præpoſitus ordinatur.* ¶ *Quod quàm ſit abſurdum facilè aduertitur: quia ab ipſo initio ordinationis, materia ei datur ſuperbiendi: dum ei ſuggeritur à cogitationibus ſuis, exutum eum eſſe à*
al. es & tu ordinatus *poteſtate Abbatis ſui, quia ab ipſis * eſt ordinatus, à quibus, & Abbas. Hinc ſuſcitantur inuidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, diſſen-*
al. & inordinationes *tiones, * exordinationes. * Et dùm contraria*
al. Vt dū *ſibi * inuicem Abbas, Præpoſituſque ſentiunt,*
al. omitt. inuicem *& ipſorum neceſſe eſt ſub hac diſſentione animas*
al. ij *periclitari: & * hi, qui ſub ipſis ſunt, dùm adulantur partibus, eunt in perditionem. Cuius periculi malum illos reſpicit in capite, qui*
al. talibꝰ inordinationibus al. talibꝰ in ordinatione *talis * inordinationis ſe fecerunt autores.*
¶ ** Ideò nos * præuidemus expedire propter pacis, caritatiſque cuſtodiam, in Abbatis pendere*
al. Ideoq; *arbitrio ordinationem Monaſterij ſui. Et ſi po-*
al præuidimus *teſt fieri, per Decanos ordinetur (vt anteà di-*
al. Iudicauimus *ſpoſuimus) omnis vtilitas Monaſterij, prout Abbas diſpoſuerit: vt dùm pluribus committitur, vnus non ſuperbiat.* ¶ *Quòd ſi aùt locus expetit, aùt Congregatio petierit, rationabiliter cum humilitate, & Abbas iudicauerit expedi-*

*re,*

*re, quemcunquè elegerit Abbas, cum conſilio fratrum timentium Deum, ¹ordinet ipſe ſibi Præpoſitum. Qui tamen Præpoſitus illa agat cum reuerentia, quæ ab Abbate ſuo ei iniuncta fuerint, nihil contrà Abbatis voluntatem, aùt ordinationem faciens: quia quantò prælatus eſt cæteris,* * *tantò eum oportet* * *ſolicitiùs obſeruare præcepta Regulæ.* al. in tantum al. ſolicitè *¶ Qui Præpoſitus, ſi repertus fuerit vitioſus, aùt elatione deceptus ſuperbiæ, aùt contemptor ſanctæ Regulæ fuerit comprobatus, admoneatur verbis, vſquè quater: ſi non emendauerit, adhibeatur ei correctio diſciplinæ regularis. Quòd ſi nequè ſic correxerit, tunc deijciatur de ordine Præpoſituræ: & alius, qui dignus eſt, in loco eius ſubrogetur. Quòd ſi & poſteà in Congregatione quietus, & obediens non fuerit, etiam de Monaſterio* * *expellatur.* al. pellatur *Cogitet tamèn Abbas, ſe de omnibus iudicijs ſuis Deo* * *redditurum rationem, ne forte inuidiæ, aùt zeli flamma vrat animam.* * al. reddere al. add. ſuam

1 ORDINATIONEM *Monaſterij ſui, &c.* Præpoſiti, de quo hìc agitur, nomine intelligatur à nobis in Abbatijs quidem Prior, in alijs verò Monaſterijs Priorem pro Superiore habentibus Supprior. Quem

Quem propter grauiſſimas, veriſſimaſque cauſas, quas hìc Sanctus Pater enumerat, ſicùt & cæteros Monaſterij Officiales, à Superiore ſtatuimus eligendum. Superior cuiuſque Monaſterij cùm ex Capitulo Generali in ſuum Monaſterium venerit, Officiales eius adhibitis in conſilium Senioribus, ſi viſum fuerit, abſoluat, alios conſtituat in Domino, aùt ſi magis expedire iudicauerit, veteres retineat, & confirmet, aùt partem eorum. Ijſdemque Senioribus conſultis eos, cum opus fuerit, deponat. Quod tamen parcè, raròque faciat, propter graues cauſas.

2 Quotiès propter mortem, iter neceſſarium, aùt aliam quamcunque cauſam Monaſterio Superior defuerit, Supprior in omni re vices eius gerat, eandemque obtineat autoritatem, tùm in ſpiritualibus, tùm in temporalibus, vſquè ad eius reditum, vel alterius noui aduentum. Quæ tamen Superior diſcedens obſeruari iuſſerit, obſeruentur. Ac ſi quod maioris momenti negotium, ab-

abſente Superiore, in Monaſterio inciderit, quantùm fieri poterit, ad reditum illius integrum reſeruetur. In primis videat Supprior, ne quid contrà Superioris abſentis voluntatem innouet, vt fratribus obſequatur: aùt regularis diſciplinæ ſeueritatem, vel minimùm relaxet, ſciens ſi fecerit, non impunè fore.

3 Supprior, Superiore Monaſterij à Capitulo culparum abſente, eadem autoritate, qua Priores culpas more ſolito teneat, & Monachos corrigat. Fratres delinquentes vbicumque inuenerit, Priore etiam in Monaſterio exiſtente, tùm admonere, tùm corrigere non omittat, & pœnis, ſi opus fuerit, coërceat. Quod ſi peccantium aliquis ſtatim illi non obedierit, grauioris culpæ ab ipſo Priore plectatur pœna.

***

al. Oſtiarijs

## *De* Oſtiario Monaſterij.*

## *CAP. LXVI.*

*AD portam Monaſterij ponatur ſenex ſapiens, qui ſciat accipere reſponſum, & reddere: * cuius maturitas eum non ſinat vagari. Qui Portarius cellam debet habere iuxta portam: vt venientes ſemper præſentem inueniant, à quo reſponſum accipiant. Et mox, vt aliquis pulſauerit, aut pauper clamauerit, Deo gratias reſpondeat, aut Benedicat: & cum omni manſuetudine timoris Dei reddat reſponſum feſtinanter, cum feruore caritatis. Qui Portarius ſi indiget * ſolatio, iuniorem fratrem accipiat. ¶ Monaſterium autem ſi * poſſit fieri ita debet * conſtrui: vt omnia neceſſaria, id eſt aqua, Molendinum, Hortus, * Piſtrinum, vel artes diuerſæ intrà Monaſterium exerceantur, vt non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras: quia omninò non expedit animabus eorum. Hanc autem Regulam, ſæpius volumus in Congregatione legi: ne quis fratrum de ignorantia ſe excuſet.*

al. add. &

i. coadiutore

al. fieri poteſt

al. conſtitui

al. Hortũ

al. omitt. Piſtrinũ

al. foris

Qvo-

1 QVOTIES munera, aùt alia quæuis extrà ordinem afferuntur in Monaſterium, de ijs Portarius Superiorem admoneat: literas etiam omnes ſibi traditas ei det. Quantùm fieri poterit, neminem ſilentij tempore in Monaſterium intromittat. Cætera, quæ ad officium eius pertinent, ſeparatim trademus ab eo ſtudiosè ſeruanda.

2 *Cellam debet habere iuxta Portam,&c.* In ea cella ſit Oratorium aliqua religioſa imagine ornatum: ante quam fratrès prodeuntes, aùt redeuntes breui ſaltem oratione, aùt actione gratiarum cum Deo agant. Sit ibidem Tabula, in qua omnium Monachorum, ac fratrum Monaſterij nomina ordine deſcripta ſint. Noteturque quiſque prodiens è Monaſterio per impagem exemptibilem, foramini, quod è regione nominis eius in Tabula ſit, ab ipſo cùm egreditur, infigendam, cùm reuerſus eſt, eximendam.

3 *Monaſterium autem, &c.* Monaſteria in Congregatione poſthàc ædifican-

da ad exemplar deſcriptum ædificentur: & quæ iam ædificata ſunt, ad eiuſdem exemplaris formam, quantùm fieri poterit, reuocentur. Quæ Monaſteria plus damni, quàm commodi afferre Congregationi perſpicuum erit, ea ſolius Capituli Generalis iudicio diſſolui poſſint. Extruere, inſtaurare, aùt demoliri ædificia nulli Monaſterij Superiori liceat ſinè conſenſu Capituli eiuſdem Monaſterij, adiuncta, ſi res maioris momenti ſit, Abbatis Generalis, aùt Prouincialis conceſſione.

4 *Vt non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras, &c.* Propterea quantùm fieri poterit, res quæque temporales Monaſterij per ſæculares potiùs, & Donatos, quàm per Monachos, gerantur. Idque in emptione rerum Monaſterio neceſſariarum, vt ſuprà cap. 31. de Cellerario dictum eſt, præcipuè ſeruari volumus.

5 *Quia omninò non expedit animabus eorum.* In hanc veriſſimam ſententiam ſcitum eſt illud Abbatis Ioannis, quod

aqua

aqua piſci eſt, id Monaſterium eſſe Monacho; quarè vt piſcis extrà aquam poſitus vitam propagare non poteſt: ſic nequè Monachus extrà Monaſterium inſtitutum vitæ religioſæ curſum facilè tenere. Itaquè fratribus noſtris exeundi è Monaſterio licentia quàm parciſſimè detur. Ad eas tantùm proceſſiones generales, & generatim à locorum Ordinarijs indictas eatur à noſtris, ad quas à cunctis Ordinibus religioſis ſinè exceptione conueniri ſolet, ſicut in Feſto Corporis Chriſti fit.

6 Si quis ex doctrina, quam vel antè, vel poſt ingreſſum Congregationis ſibi comparauerit, concionando muneri iudicabitur idoneus, poſſit Superior, præuia Superiorum vt de Confeſſarijs dictum eſt, approbatione, eum ad hoc officium, quandiù & quibus locis expedire iudicauerit, adhibere, eique propterea laboris manuum immunitatem dare.

7 *Hanc autem Regulam ſæpiùs volumus in Congregatione legi, &c.* Quotieſcunque

ſtatutis diebus Capitulum cuiuſque Monaſterij habetur, Caput vnum Regulæ, aùt ſaltem Capitis longioris pars, recitetur, quæ hoc ſigno ¶ ab alijs diſtinguitur, prætereàque diligenter lectitetur priuatim à ſingulis. Quamobrèm eius exemplar ſinguli habeant.

## *De fratribus in via directis.*

## CAP. LXVII.

*DIrigendi fratres in via, omnium fratrum, vel Abbatis * orationi ſe commendent:* al. ſe orationibus *& ſemper ad orationem vltimam Operis Dei commemoratio omnium abſentium fiat. Reuertentes autèm de via fratres ipſo die, quo redeunt per omnes Canonicas horas, dùm expletur Opus Dei, proſtrati ſolo Oratorij ab omnibus petant orationem propter exceſſus: ne * quid* al. cui *fortè * ſubrepſerit in via viſus, aùt auditus malæ rei, aùt otioſi ſermonis.* al. ſubripuerit *¶ Nec præſumat quiſquàm alijs * referre quæcumque foris Mona-* al. referre alio

*naſterium viderit, aut audierit, quia plurima deſtructio eſt. Quòd ſi quis præſumpſerit,* * *vindictæ regulari ſubiaceat. Similiter,* * *qui præſumpſerit Clauſtra Monaſterij egredi, vel quocunque ire, vel* * *quidpiam (quamuis paruum) ſine Abbatis iuſſione facere.* i. pœnæ al. add. & al. quippiam

1 Fratres è Monaſterio Superioris permiſſu prodituri, eodemque die in Monaſterium reuerſuri, accipiant benedictionem à Superiore genibus flexis, capite inclinato. Si eodem die reuerſuri non erunt, accipiant benedictionem toto corpore humi proſtrati. Qui ad aliud Monaſterium mittuntur, vel aliò non niſi poſt longum tempus reuerſuri, in medio Chori proſtrati, niſi aliter Superior iuſſerit, benedictionem accipiant.

2 Omnes in Monaſterium reuerſi ſimul atquè ſunt ingreſſi, Superiorem adeant, eodemque modo quo benedictionem exituri acceperunt, iterùm accipiant.

3 Qui poſt quindecim dies reuertuntur, ſi tempore Diuini Officij Mo-

naſterium ingrediuntur, & Superior Choro adſit, poſt completum Officium illud in medio Choro proſtrati, ſicùt in Regula præcipitur, benedictionem accipiant.

4 Prodeuntes è Monaſterio Portarium admoneant quò ſe conferant, & qua hora ſe ſperent redituros. Fratres in itinere cum aliquà tranſierint, vbi ſit Monaſterium Congregationis, alibi quàm in Monaſterio diuerſari non poſſint, & ingreſſi Superiorem illicò conueniant benedictionem eodem modo, quo ſuprà accepturi, eiuſdemque Monaſterij Superiori, dùm illic morantur, non minùs, quàm proprij Monachi, obediant, nec niſi permiſſu illius quicquam agant cum extraneis. Habeant fratres in itinere literas Superioris ſui commendatitias, alioqui non accipiendi, niſi ad pœnitentiam. Quod ſi quis in aliquod Monaſterium commorandi cauſa venerit, literas in eam ſententiam ſcriptas afferat.

## *Si fratri impoſſibilia iniungantur.*

### CAP. LXVIII.

*SI cui fratri aliqua fortè grauia, aût impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat quidem iubentis imperium cum omni manſuetudine, & obedientia. Quòd ſi omninò virium ſuarum menſuram viderit pondus * excedere: Impoſſibilitatis ſuæ cauſas ei, qui ſibi præeſt, patientèr, & opportunè ſuggerat, non ſuperbiendo, aût reſiſtendo, vel contradicendo. Quòd ſi poſt ſuggeſtionem ſuam in ſua ſententia Prioris imperium perdurauerit, ſciat iunior, ita ſibi expedire, & ex charitate confidens de adiutorio Dei, obediat.* al. add. oneris

*Vt*

al. Quod non præſumat alter alterum defendere al. alium

## * *Vt in Monaſterio non præſumat alter * alterum defendere.*

## *CAP. LXIX.*

al. omitt. Summopere al. alium

al. qualevis

*SVmmoperè præcauendum eſt, ne quauis occaſione præſumat alter * alterum defendere Monachum in Monaſterio, aût quaſi tueri: etiam ſi * qualibet conſanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id à Monachis præſumatur: quia exindè grauiſſima occaſio ſcandalorum oriri poteſt. Quòd ſi quis hæc tranſgreſſus fuerit, acriùs coërceatur.*

al. Quod non præſumat aliquis aliũ cædere, & omit. aût excommunicare

## * *Vt non præſumat quiſquam aliquem paſſim cædere, aùt excommunicare.*

## *CAP. LXX.*

al. Vt vitetur al. omitt. Ordinamus, atq;

*VEtetur in Monaſterio omnis præſumptionis occaſio. * Ordinamus, atquè con-*

*conſtituimus, vt nulli liceat quemquàm fratrum ſuorum excommunicare, aùt cædere: niſi cui poteſtas ab Abbate data fuerit. Peccantes autèm coram omnibus arguantur: vt cæteri metum habeant. * Infantibus verò vſquè ad quintumdecimum annum ætatis, diſciplinæ diligentia ſit, & cuſtodia adhibeatur ab omnibus. Sed & hoc cum omni menſura, & ratione. Nam in fortiori ætate qui * præſumpſerit aliquatenùs ſinè præcepto Abbatis, vel in ipſis infantibus ſinè diſcretione exarſerit, diſciplinæ Regulari ſubiaceat: quia ſcriptum eſt: Quod tibi non vis fieri, * alij ne feceris.*

al. Infantum verò vſq; quindecim annorũ ætates, diſciplinæ diligentia ab omnibus & cuſtodia ſit

al. præſumit

al. alio

1 VT in Monaſterijs noſtris, omni rixa, iurgioque remoto, ſumma pax, & tranquillitas perpetuò ſeruetur, ſtatuimus, vt ſi quis iratus alteri cuiquam ſe manus allaturum minatus fuerit, quamuis aliud nihil faciat, is ſexta quaque feria menſis vnius in ſolo pane, & aqua humi ſedens in medio Refectorio ieiunet, ac ſe ipſe verberibus cædat. Quod ſi præter minas verborum etiam pugnum, aùt baculum, aùt aliud quiduis quaſi percuſſurus, illi intentauerit, quàm-

quàmuis non percutiat, eam pœnam duplicatam ſubeat. Si autem hoc in Superiorem admiſerit, totos tres menſes eadem pœna, alijſque pro rei grauitate adiungendis caſtigetur.

2 Si quis quemuis fratrem infenſo animo percuſſerit, præter ſententiam excommunicationis, quam ipſo facto incurrit (à qua niſi per Abbatem Generalem, aùt Prouincialem, aùt cui poteſtas ab altero communicata fuerit, abſolui non queat) ſingulis Capitulis vnius menſis virgis cædatur, & ſingulis ſextis ferijs in pane, & aqua ſedens humi, ſicut dictum eſt, in medio Refectorio ieiunet. Quod ſi hinc grauior, & enormis læſio ſecuta fuerit, percuſſori coniecto in carcerem dictæ pœnæ prorogentur, ſola Capituli Generalis, aùt Abbatis Generalis, aùt Prouincialis miſericordia remittendæ. Eidemque pœnæ ſit obnoxius quiſquis Superiorem Monaſterij, quamuis ictu leui, malitioſè percuſſerit.

## * *Vt obedientes ſint ſibi inuicem fratres.* al. Qùod

## C *A* P. L X X I.

OBedientiæ bonum, non ſolùm Abbati exhibendum eſt ab omnibus: ſed etiam ſibi inuicemità obediant fratres, ſcientes ſe per hanc obedientiæ viam ituros ad Deum. Præmiſſo ergò Abbatis, aùt Præpoſitorum, qui ab eo conſtituuntur imperio (cui non permittimus priuata imperia præponi) de cætero omnes iuniores prioribus ſuis omni caritate, & ſolicitudine obediant. Quòd ſi quis contentioſus reperitur, corripiatur. ¶ Si quis autem * frater pro quauis minima cauſa ab Abbate, vel à quocunque Priore ſuo * corripitur quolibet modo, vel ſi leuitèr ſenſerit * animum Prioris cuiuſcunq; contrà ſe * iratum, vel * commotum, quamuis modicè, mox ſinè mora tandiù proſtratus in terra antè pedes eius iaceat ſatisfaciens, vſquè dùm benedictione ſanetur illa commotio. Quòd ſi * quis contempſerit facere, aùt corporali vindictæ

al. omitt. frater

al. corripiatur

al. animos

al. iratos

al. commotos

al. qui

*dictæ ſubiaceat: aut ſi contumax fuerit, de Monaſterio expellatur.*

1 Si *quis autem frater, &c.* Cum quis à Superiore quauis de re quantumuis parua reprehenditur, ſtatim genu flexo, demiſſoque capite expectet dùm Superior ſibi benedicat, ſurgendique ſignum det. Si verò animum eius in ſe paululùm modò commotum eſſe ſenſerit, toto corpore proſtratus humi iaceat, nec antè ſurgat, quàm ille iuſſerit. Ac tùm inclinato corpore pœnitentiam imponendam expectet. Caueat autem ne quantumuis acerbè obiurgatus vllam vocem mittat, niſi interrogatus. Ac tùm ſumma modeſtia, & reuerentia reſpondeat.

*De*

## *De Zelo bono, quem debent habere Monachi.*

## CAP. LXXII.

*SIcùt eſt zelus amaritudinis malus, qui ſeparat à Deo, & ducit ad Infernum: ita eſt zelus bonus, qui ſeparat à vitijs, & ducit ad Deum, & ad vitam æternam. Hunc ergò zelum feruentiſſimo amore exerceant Monachi: ideſt, vt honore ſe inuicem præueniant, infirmitates ſuas, ſiuè corporum, ſiuè morum patientiſſimè tolerent: obedientiam ſibi certatim impendant. Nullus, quod ſibi vtile iudicat, ſequatur, ſed quod magis * alij: caritatem fraternitatis caſto impendant amore; Deum timeant: Abbatem ſuum ſincera, & humili caritate diligant, Chriſto omninò nihil præponant, qui nos pariter ad vitam æternam perducat. **

al. alio

al. add. Amen

***

*dicta ſubiaceat : aut ſi contumax fuerit, de Monaſterio expellatur.*

1 Si *quis autem frater, &c.* Cum quis à Superiore quauis de re quantumuis parua reprehenditur, ſtatim genu flexo, demiſſoque capite expectet dùm Superior ſibi benedicat, ſurgendique ſignum det. Si verò animum eius in ſe paululùm modò commotum eſſe ſenſerit, toto corpore proſtratus humi iaceat, nec antè ſurgat, quàm ille iuſſerit. Ac tùm inclinato corpore pœnitentiam imponendam expectet. Caueat autem ne quantumuis acerbè obiurgatus vllam vocem mittat, niſi interrogatus. Ac tùm ſumma modeſtia, & reuerentia reſpondeat.

De

## *De Zelo bono, quem debent habere Monachi.*

## *CAP. LXXII.*

*SIcùt eſt zelus amaritudinis malus, qui ſeparat à Deo, & ducit ad Infernum: ita eſt zelus bonus, qui ſeparat à vitijs, & ducit ad Deum, & ad vitam æternam. Hunc ergò zelum feruentiſſimo amore exerceant Monachi: ideſt, vt honore ſe inuicem præueniant, infirmitates ſuas, ſiuè corporum, ſiuè morum patientiſſimè tolerent: obedientiam ſibi certatim impendant. Nullus, quod ſibi vtile iudicat, ſequatur, ſed quod magis* * *alij: caritatem fraternitatis caſto impendant amore; Deum timeant: Abbatem ſuum ſincera, & humili caritate diligant, Chriſto omninò nihil præponant, qui nos pariter ad vitam æternam perducat.* * al. alio

al. add. Amen

***

De

al' hoc al omitt. De eo

## De * eo, quòd non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac ſit Regula conſtituta.

## CAP. LXXIII.

REgulam autèm hanc deſcripſimus, vt
al. hanc * eam obſeruantes in Monaſterijs aliqua-
tenùs, vel honeſtatem morum, aùt initium
conuerſationis nos demonſtremus habere. Cæ-
terùm ad perfectionem conuerſationis qui fe-
ſtinant, ſunt doctrinæ Sanctorum Patrum,
quarum obſeruatio perducit hominem ad celſi-
tudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aùt
quis ſermo diuinæ autoritatis Veteris, ac No-
ui Teſtamenti non eſt rectiſſima norma vitæ
humanæ? Aùt quis liber Sanctorum catholi-
corum Patrum hoc non reſonat, vt recto cur-
ſu perueniamus ad Creatorem noſtrum?
¶ Nec non & collationes Patrum, & inſti-
tuta, & * vita eorum: ſed & Regula Sancti
al. vitas Patris noſtri Baſilij, quid aliud ſunt; niſi be-
nè viuentium, & obedientium Monachorum
* exem-

* *exempla, & inſtrumenta virtutum? Nobis autem deſidioſis, & malè viuentibus, atquè * negligentibus, rubor confuſionis eſt: Quiſquis ergò ad patriam cœleſtem feſtinas, hanc minimam inchoationis Regulam deſcriptam, adiuuante Chriſto perfice: & tunc demùm ad maiora, quæ ſuprà commemorauimus, doctrinæ, virtutumque culmina, Deo protegente, peruenies.* *

al. omitt. exempla &

al. neglegentibus

al. add. Amen

1 Cvm nulla ſit in religione capitalior peſtis inertia, & languore animi, quo Monachus oſcitans, & torpens in ſtudio pietatis dormitat, & quaſi metam perfectæ virtutis attigerit, de progreſſu faciendo in eius curriculo nihil penſi habet, meritò ſanè Sanctus Pater Benedictus cùm tyronibus militiæ ſpiritualis reliqua neceſſaria abundè ſubminiſtraſſet, huic etiam malo ſuccurrendum ſibi ratus, eius in Regulæ ſuæ clauſula remedium in primis ſalutare, præſentiſſimumque tradit. Id autem eſt, vt quanta virtute, quantaque religione, & ſanctitate vitæ, tàm multi

al. add. Facientibus hæc regna patebunt æterna, vel ſuperna

al. tand. Quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia

*Ex. Paul ad Gal. 6*

olim admirabiles Monachi excelluerint, quàm ſubmiſſi humilitate, prompti obedientia, placidi manſuetudine, patientes labore, ſtrenui diligentia, auſteri ieiunijs, inſomnes vigilijs, nudi paupertate, muti ſilentio, ſegregati ſolitudine, benefici charitate, puri caſtimonia, recti ſimplicitate, niuei innocentia, oratione deniquè, & rerum diuinarum meditatione cæleſtes potiùs Angeli, quàm terreni homines extiterint, nos etiam atquè etiam conſideremus, animoque contemplemur. Ea profectò cogitatio, niſi trunci, aùt ſtipites ſumus, facilè torporem omnem nobis ex animo excutiet, acerrimoſque ſtimulos ad virtutem admouebit. Quid enim præ illis ſumus? Aùt cur nobis placeamus, quaſi in virtute ſimus aliquid, cùm propè infinito interuallo ab illorum ſanctimonia diſtemus? Quomodò autem virtutis præſtantiam, ad quam illi per tot ſudores, & contentiones, per tot dimicationes, & certamina

na aſſidua laborioſiſſimè peruenerunt, nos in otio ludibundi, aùt compreſſis manibus ſedentes poſſe conſequi ſperemus? Hoc igitùr, fratres, antè oculos ponamus, hoc dies, & noctes aſſiduè meditemur. Et cùm illos ex eodem, quo nos, luto fictos fuiſſe, eandemque naturæ infirmitatem, quam nos, habuiſſe intelligamus, expergiſcamur aliquandò tandem huius deſidiæ ſomno, & veterno, exuamus hanc eneruatam, muliebremque mollitiem, viriliter agamus, & confortentur corda noſtra, accingamus lumbos noſtros, ſicùt viri: & diuinæ benignitatis ope, non noſtris viribus confiſi, ad eandem illam perfectionem animi, ac diuinam ſapientiam, & ſimilitudinem cum Deo, tandèmque ad eandem beatæ immortalitatis omnibus bonis cumulatam, & redundantem arcem, ad quam illos videmus aſcendiſſe, quamuis non æquis paſſibus, per eorum veſtigia ſumma contentione curramus, eodem illo, qui nos benignè præuentos in benedi-

ctionibus dulcedinis ad hunc glorioſiſſimum puluerem è Mundi cœno vocauit, animos, & vires idoneas miniſtrante Deo: cui laus, & gloria in ſæcula ſæculorum.

Amen.

# DE CAPITVLO GENERALI

## In Congregatione Monachorum Reformatorum

# S. BERNARDI,

## Vnoquoque triennio celebrando.

VT Capituli Generalis celebrandi ratio (quam propter argumenti longitudinem è capite tertio Regulæ, ad quod pertinebat, in hunc locum conſultò reiecimus) diſtinctè, & dilucidè tradatur, eius deſcriptionem in certa capita partiemur. Primum, quo quæritur, quid ſit Capitulum Ge-

nerale, & quæ ſit eius poteſtas. 2. De ijs, qui ſunt in Capitulum conuenturi. 3. De Diſcretis ad Capitulum à quaque Prouincia delegandis. 4. Quid obſeruandum ſit in vnoquoque Monaſterio tempore Capituli. 5. De tempore, & loco celebrandi Capituli. 6. De eo, quod in primo Conſeſſu Capituli fieri conuenit. 7. De electionibus in primo Conſeſſu faciendis. 8. De alijs electionibus in ſecundo Conſeſſu faciendis, & quæ ſit Definitorij autoritas. 9. Qua ratione negotia in ſingulis Conſeſſibus tractanda ſint. 10. De electione Abbatis Generalis. 11. De electione Seniorum Aſſiſtentium, & de Superiorum abdicatorum ſcrutinio. 12. De electione Viſitatorum, Procuratoris Generalis, Prouincialium, & aliorum cuiuſque Monaſterij Superiorum. 13. De vltimo Conſeſſu, & Clauſula Capituli.

*Quid*

## *Quid ſit Capitulum Generale, & quæ eius poteſtas.*

## CAPVT I.

1 CApitulum Generale eſt primariorum Patrum Congregationis cœtus totum corpus Congregationis referens. Cùm enim fieri non poſſit, vt vniuerſa Congregatio in vnum locum conueniat, dùm primarij Patres Congregationis de rebus ad vtilitatem totius Congregationis ſpectantibus deliberaturi conueniunt, tota Congregatio conuenire cenſetur.

2 Penès Capitulum Generale eſt ſumma poteſtas Congregationis; quippè cùm eius ſit eligere, abſoluere ipſum Abbatem Generalem, & alios quoſque præcipuos Congregationis Officiales. Item ſancire, & decernere arbitratu ſuo (debito tamen, & præſcripto ritu) quæ à tota Congregatio-

ne ſeruanda ſunt. Deniquè de maximis quibuſque rebus ad Vniuerſam Congregationem pertinentibus conſtituere.

3 Sufficiat porrò ad ratificationem contractuum ſola Capituli Generalis autoritas, nullo Notario ſuper hoc requiſito, & ſolo Capituli Secretario Notarij vices gerente. Quòd ſi quæ difficultas circa huiuſmodi contractuum validitatem ſuboriatur, poſſit Abbas Generalis debitis modis, & formis eos ratos facere.

## *De ijs, qui ſunt in Capitulum conuenturi.*

## *CAP. II.*

1 QVos primarios, ideſt primos Patres Congregationis diximus Capitulum Generale componere, ij ſunt Abbas Generalis, Seniores Aſſiſtentes, Viſitatores, Procurator Generalis, Prouinciales, & Superiores ſingulo.

gulorum Monaſteriorum in Abbatias, vel Prioratus erectorum; ad quos omnes, & ſingulos Abbas Generalis cùm tempus huius celebrationis aduenerit, ità opportunè literas intimatorias mittere curabit, vt ad eos antè feſtum Natiuitatis Domini peruenire poſſint. Primariorum etiam nomine comprehendimus Diſcretos, quaſi prudentes, & graues Patres ab vnaquaque Prouincia delegatos, & vnitorum Monaſteriorum in Capitulo Generàli vicem præſtantes. Præter ſupradictos, alius prorsùs nemo, niſi facultatem nominatim habuerit ab Abbate Generali, ad Capitulum Generale proficiſci audeat.

2 Si qui Senior Aſſiſtens, aùt Viſitator, aùt Prouincialis exiſtens, idemque ſit Superior alicuius Monaſterij, Capitulum Generale adeat, vt Senior Aſſiſtens, Viſitator, Prouincialis, & Superior, non plura tamèn, ſed vnicum votum laturus.

3 Si quis eorum, ex quibus Capitulum conſtitui debet, exiſtimat ſe le-

gi-

gitimo impedimento prohiberi, quò minùs veniat, ſcribat illud ità maturè ad Abbatem Generalem, aùt ad Capitulum conuocantem, vt ab eo reſponderi poſſit, nùm illam excuſationem probet, & ſi non probet, ille in tempore adeſſe poſſit. Abbates autèm, vel Priores excuſationem eundi ad Capitulum Generale habentes Monaſteria nihilominùs tàm in Spiritualibus, quàm in temporalibus vſquè ad nouorum aduentum adminiſtrent.

4 Si autem alicuius Monaſterij Superior fortè obierit, Supprior pro Superiore non accedat ad Capitulum, & ſi ille intrà ſex menſes proximè antè Capitulum vel obierit, vel alio quocumque modo inhabilis factus fuerit, nullus alius delegetur, ſed expectetur Capitulum.

5 Si Congregatio diuino munere ſic aucta fuerit, vt in quinque Prouincias, quarum quæque octo ſaltem Monaſterijs ſubſiſtat, diuidenda ſit, ad Capitulum Generale conueniant, præter

Su-

Superiores maiores, Prouinciales tantùm, & cum ſingulis eorum bini Diſcreti ex Vocalibus ſubditis, & ex Superioribus ipſis eadem forma, qua infrà indiſtinctè eligendi.

6 Qui conuenturi ſunt ad Capitulum eo tempore in via ſe dent, quod illis commodè ſufficiat, vt recto itinere ad Capitulum contendentes eò vno, aùt altero die, ſi è vicinis Monaſterijs veniant, aùt ſi è longinquo paucis antè diebus, vbi Capitulum celebrandum ſit, peruenire poſſint. Qui ſinè graui, & legitima cauſa contrafecerint, arbitrio Capituli puniantur.

7 Prouinciales ſecum ferant ad Capitulum quoslibet proceſſus ab ipſis, vel ab alijs de eorum mandato contrà quoſcumque fabricatos, etiamſi nondùm fuerint completi, idemque omninò faciant Superiores locales, quibus præcipitur deferre, & præſentare Capitulo, quæ ſequuntur. Primum, ordinationes Viſitationum tranſacti triennij cum fide à Senioribus, quòd eas ſerua-

uauerint; ſubſcripta. 2. Inuentaria ſui quiſque Monaſterij reuiſa, & vt ſuprà ſubſcripta. 3. Computa expenſæ, & acceptæ pecuniæ; debita Monaſterij, & credita; ſtatumque rei familiaris, ac reddituum omnium iuxtà formam in Rituali deſcriptam exactas deſcriptiones à Senioribus, vt ſuprà, ſubſcriptas. 4. Numerum Miſſarum in toto triennio celebratarum, & illarum etiam, quæ à die diſceſſus illorum celebrandæ relinquuntur; quod ſi eam quantitatem ex Manualibus præſertim reliquerint, quæ per duos menſes ab aduentu futuri Superioris pro rata Sacerdotum celebrari non poſſit, mulctentur pœna interdicti ab ingreſſu Capituli Generalis. 5. Deferant etiam Catalogum eorum Defunctorum, qui diem ſuum in tranſacto triennio obierunt. Si quis ex ſupradictorum aliquod ad Capitulum Generale deferre omiſerit pœna præfati interdicti plectatur.

8 Superior quiſque tantam fructuum vini, ſaltèm, & frumenti quantita-

titatem in ſuo diſceſſu Succeſſori relinquat quanta pro ſuſtentatione Monaſterij vſquè ad nouorum collectionem neceſſaria erit; qui ſecùs fecerit, ab ingreſſu Capituli interdicatur.

## *De Diſcretis ad Capitulum Generale, à quaque Prouincia delegandis.*

### *C A P. I I I.*

1 DIſcreti quaſi Legati quidam omnium Monaſteriorum Congregationis ad Capitulum Generalė bini tantùm in ſingulis Prouincijs ex numero Vocalium Sacerdotum eligantur. Hi adiuncti comites Superiori propriæ eorumdem reſidentiæ ad Capitulum Generale ſe conferant, ſintque eidem Superiori tàm in via, quàm alibi vſquè ad initium Capituli ſubditi eodem modo, quo erant in Monaſterio; atquè in Capitulo, tùm pro ſuo Monaſterio, tùm pro

pro alijs ad eorumdem electionem vnitis, tùm demùm pro ſingulis fratribus, qui voluerint de quacumque re agere cum Capitulo, legatione fungantur.

2 Nihil ſibi mandatum, vel à ſingulis, vel ab vniuerſis ad Capitulum ferant, niſi ſcriptum, & à mandantibus ſubſcriptum, adiuncta etiam in mandatis ſigilli Monaſterij impreſſione. Epiſtolas quaslibet, ſeù ſcripturas ſibi à quocumque remiſſas fideliter ad quos è cœtu Capituli diriguntur, nihil ſuis Superioribus innuendo deferant, & conſignent.

3 Renuntient Diſcreti Abbati Generali nouiter electo, eiuſque Senioribus Aſſiſtentibus de ſtatu ſui quiſque Monaſterij, eiuſque omnes anguſtias, & difficultates exponant. Addant de Superiore proprio, & de alijs vnitorum Monaſteriorum, ſi quas habuerint informationes; quomodò ſcilicet ſe geſſerint toto officiorum ſuorum tempore, quos ſe in fratres, quos fratres in eos præſtiterint; quomodò diuinum

Offi-

Officium celebratum fuerit; quomodò ſeruata Regula, & Conſtitutiones; quæ deniquè omnium vnitorum Monaſteriorum, tùm ſpiritualis, tùm temporalis conditio ſit.

4 Vno, eodemque die, ſeptima ſcilicet menſis Ianuarij, etiamſi illa Capitularis non ſit, in omnibus Prouincijs Diſcreti eligantur; teneanturque propterea Prouinciales ſub pœna Abbati Generali arbitraria ità maturè vnitorum Vocalium ſchedulas ad ſingula ſuæ cuiuſque Prouinciæ Monaſteria tranſmittere, vt eas quiſque Vocalium ante feſtum Natiuitatis Domini accipere queant, idque præſtent etiamſi nondùm ad ipſos Capituli Generalis intimatio peruenerit; niſi fortè aliter illis per Abbatis Generalis literas de conſenſu ſui Conſilij conſcriptas cautum fuiſſet. Qui porrò præfata die Diſcretos culpabiliter non elegerint, iure eligendi Diſcretum pro illa vice abſquè alia declaratione priuati exiſtant.

Præ-

5 Præſit Superior Monaſterij electioni Diſcreti faciendæ, quamuis in ea ſuffragium non laturus, qua facta diſcedat, vt agendi de quacumque re, quæ ad Capitulum Generale ſpectat, libera, & ſoluta ſit fratribus poteſtas. Huiuſmodi autem electio ſic fiat.

6 Monaſterijs cuiuſque Prouinciæ in duas Claſſes per Prouinciales ipſos diuiſis, eorum ſingula duobus ex eiuſdem Prouinciæ Monaſterijs antiquioribus, quaſi cæterorum capitibus, vniantur. Quo facto, ſchedulæ eiuſdem magnitudinis, formæ, & coloris, eademque manu conſcriptæ, vel typis impreſſæ, in quibus ſingula fratrum eligibilium in Monaſterijs ſic vnitis degentium nomina, & cognomina deſcripta ſint (ipſorum tantùm, ad quos diriguntur, exceptis) ab eodem Prouinciali ſingulis vnitorum Monaſteriorum Superioribus ſigillo munitæ, & nomine cuiuſque, ad quos deſtinantur, inſcriptæ mittantur. Die verò Capitulari, quæ ſeptimam Ianuarij præcedit, Superior Monaſterij

Vo-

Vocales ſuos de futura Diſcreti electione, ſtatuto tempore, facienda ſedulò admoneat, eoſque hortetur, vt defixa in vnum Deum mente, eum Diſcretum eligere ſatagent, qui in omni re ſua diſcretiſſimus ſit.

7 Ianuarij igitur ſeptima, conuocato iterùm Capitulo, & Capite Regulæ perlecto, Superior ſchedulas præfatas coram omnibus Congregatis aperiat, videat, & examinet, additoque propria manu earum ſingulis numero aliquo arithmetico ſibi benè viſo (qui tamen idem ſit in omnibus) cuique præſentium, & fortè in lectulo ob infirmam valetudinem decumbentium diſpenſari iniungat. Genuflectentibus deindè omnibus Hymnus *Veni Creator Spiritus*, Superiore ipſo incipiente, alternatim, & ſinè cantu cum Verſu, & Oratione de Spiritu Sancto recitetur. Surgentibus mox omnibus, quiſque Vocalium ſchedulam nomine illius, cui ſuffragari cogitat, inſcriptam ex aliarum numero ſelectam, & complicatam

accedens in vrnam in medio Capitulo, vel alia conſpicua parte locatam modeſtè inijciat.

8 Si quis Vocalium ob infirmitatem ab ipſo cœtu, non autem à Monaſterio abſens fuerit, ad hunc deleget Superior ex præſentibus duos pro ſuo arbitrio, qui accedentes ad infirmum cum vrna alia vacua, poſtquàm ille ſchedulam à ſe, vt ſuprà delectam, & in aliquo papyri fruſtulo incluſam, ſigillarique cera munitam in eam iniecerit, iterùm illicò ad cæteros congregatos ſe conferant, & repoſita vrna in loco priſtino, loca ſua iterùm petant. Tùm Superior, & qui Vocalium poſtremus eſt ordine procedant, & in Capituli conſpectu inuerſis vrnis ſchedulas omnes dinumerent, videantque nùm cum Vocalibus eiuſdem Monaſterij numero æquentur (pares enim eſſe debent ſchedulæ Vocalium numero, alioquì vitioſa foret electio). Facta autem hac dinumeratione Superior ſchedulas omnes ſigillatim aperiat, legat & nume-

merum in eis à ſe appoſitum recognoſcat. Si quæ ſchedula eo numero non ſignata inuenta fuerit, non legatur, alias verò idem Superior alta voce legat, & Vocalium deindè vltimo legendas eodem modo tradat. Si in hac, aùt quauis alia electione vna, vel plures ſchedulæ inueniantur aùt non ſcriptæ, aùt diuerſa manu ſcriptæ, aùt, vt ſuprà, non ſignatæ, vel etiam ſi plures ſimul complicatæ inuentæ fuerint (quæ omnes pro nullis habebuntur) hoc non obſtabit, quominùs is, in quem plura ſuffragia conuenerint, legitimè ſit electus.

9 Cùm autem ſchedulæ omnes, vt ſuprà perlectæ fuerint, idem, quem diximus Vocalium vltimus ſeparatim eorum nomina deſcribat, quibus ſchedulæ contigerint, & numerum ipſarum ſchedularum, quem quiſque habuerit; iterùmque alta voce pronuntiet, tùm nomina ad Diſcretatum concurrentium, tùm numerum ſuffragiorum. Ijs peractis fiat per Monaſterij Secre-

tarium publicus actus illicò in Libro ad ſimiles res comparato referendus; ſitque is ſequenti forma.

10 *Anno Domini N. die verò N. Menſis N. Cum Admodum Reuerendus Domnus N. huius Monaſterij N. Abbas, vel Prior Vocales omnes ad ſonitum Campanulæ, vt moris eſt, pro eligendo Diſcreto conuocaſſet, diſtributis Schedulis ſibi ab Admodum Reuerendo P. D. N. Prouinciali tranſmiſſis, ijſque ab vnoquoque in vrnam iniectis, atquè ab eadem publicè extractis, & forma, rituque præſcriptis, reuiſis, & perlectis inuentum eſt, Reuerendum Domnum N. habuiſſe ſchedulas quatuor, vel tot: Domnum N. habuiße ſchedulas quinque, vel tot, & ſic fiat de reliquis. In cuius rei fidem ego infraſcriptus huius Monaſterij Secretarius coram omnibus hunc actum die, & anno, quibus ſuprà, confeci, propria ſubſcripſi manu, ac Monaſterij ſigillo muniui.*

11 Actum huiuſmodi idem Secretarius antequàm Confeſsus dimittatur complicatum, & Monaſterij ſigillo obfirmatum, addita etiam à tergo hac inſcri-

ſcriptione *Vota Vocalium Monaſterij N. pro Diſcreti electione*, præſentibus omnibus Superiori tradat quàmprimùm Prouinciali tranſmittendum. His peractis Superior, antequàm Capitulum dimittat, reliquas ſchedulas ex omnium manibus vel per ſe, vel per alium recolligat, & comburi faciat.

12 Prouincialis autem cùm ſingulorum Monaſteriorum, ſuæ etiam reſidentiæ vota omnia acceperit, conuocato ad ſonitum tintinnabuli Capitulo, ea præſentibus, & inſpicientibus Monaſterij Superiore, & Vocalium vltimo aperiat, eorumque ſingula à dictorum vno publicè perlegi iubeat; quibus perlectis idem Vocalium vltimus Prouinciali dictante, ac Superiore dictata inſpiciente, tùm nomina, quibus ſuffragia contigerunt, tùm numerum ipſorum ſuffragiorum, quem quiſque ſortitus eſt, hoc pacto deſcribat.

*Domnus N. ex Vocalibus Monaſterij N. habuit ſuffragia tot.*

*Domnus N. ex Vocalibus Monaſterij N. habuit ſuffragia tot.*
& ſic fiat de ſingulis. Quo præſtito, & facta deindè omnium ſuffragiorum computatione, legatur numerus ex ipſa reſultans. Scribantur poſteà aliorum Monaſteriorum, tùm nominati, tùm vota, factaque deindè eodem modo computatione, pronuntientur publicè, vt ſuprà, ex quo, quot quiſque habuerit vota euidenter conſtabit, & in quem plura ſuffragia conſenſerint, ille Diſcretus cenſeatur. Quod ſi duo, aùt plures pares fuerint, ille Diſcretus ſit, qui inter ipſos profeſſione maior fuerit.

13 Diſcreto ſic creato literæ conficiantur teſtimoniales ad vnumquodque vnitorum Monaſteriorum dirigendæ, & in eorum ſingulis perlegendæ, ſintque ab ipſo Prouinciali ſubſcriptæ, & ſigillo eiuſdem obſignatæ, quibus de eiuſmodi electione fides fiat, hoc modo.

14 *Anno Domini N. Menſis N. die N.* co-

*coram Nobis, & huius Monaſterij N. Vocalibus omnibus ad præſcriptam formam apertæ fuerunt ſchedulæ Monaſteriorum pro Diſcreti electione vnitorum, Monaſterij ſcilicet N., Monaſterij N. &c. & inuentum eſt Reuerendum Domnum N. maiorem earumdem ſchedularum habuiſſe partem. Quare per præſentes vobis ſingulis, & quibus intererit, notum facimus, & publicamus præfatum Domnum N. prædictorum Monaſteriorum legitimum eſſe Diſcretum. In quorum fidem, &c.* Is porrò actus, electo Diſcreto conſignetur, ſinè quo, nec vlla ei ſit fides, nec admittatur in Capitulum.

14 Si Diſcretus legitimo impedimento detentus ad Capitulum ire non poterit, iubeat Prouincialis, ſi tempus ſuperſit, alium ex ijſdem Monaſterijs ſic vnitis repetita eodem modo, quo ſuprà; electione, ſubrogari. Epiſtolas autem quaſcumque, & à quocumque Diſcreto ſic electo directas nemini liceat ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, & Prouincialibus reſeruata, itemque priuationis vocis

actiuæ, & paſſiuæ toto tempore Diſcretatus eius impedire, retinere, aperire, aùt legere.

## *Quid obſeruandum ſit in vnoquoque Monaſterio tempore Capituli.*

## *CAP. IV.*

1 A Die, qua Superior iturus ad Capitulum è Monaſterio diſcedet vſquè ad eius regreſſum, vel alterius aduentum, vices eius gerat in omnibus, & per omnia in Abbatijs quidem Prior, in Prioratibus verò Supprior; quod ſi nullus Prior huiuſmodi, vel Supprior fuerit, præſit is, quem Abbas, ſeù Prior diſceſſurus nominauerit; atquè in huius defectu Sacerdos profeſſione antiquior. Idem fiat in Monaſterijs, quæ per Superiores gubernantur, ſi ipſum Superiorem in Diſcretum eligi contigerit.

Eo-

2 Eodem tempore nemini liceat extrà Monaſterium pernoctare, excepto Cellerario, idque ex graui cauſa maturo Seniorum iudicio approbanda. Nihil circà regularem diſciplinam immutetur, nihil circà fabricas, & ædificia, niſi in caſu imminentis ruinæ.

3 In ſingulis Monaſterijs poſt Superioris diſceſſum vſque ad noui aduentum quotidiè in Choro, vel poſt Primam, vel poſt Tertiam arbitrio Superioris, publicè, & deuotè, ſinè tamen cantu, recitentur Litaniæ Beatæ Virginis cum Orationibus de Spiritu Sancto, de Beata, de SS. Benedicto, & Bernardo, & *Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia, &c.* vt in Manuali p. 151. & idem fiat in Monaſterio, vbi celebratur Capitulum toto tempore huius celebrationis. Die verò, qua Capitulum incipiendum erit, cantetur Miſſa ſolemnis in vnoquoque Monaſterio de Spiritu Sancto, quæ etiam à ſingulis Sacerdotibus ea die priuatim celebretur pro felici progreſſu Capituli. Quod ſi dies feſtiuus eſſet,

ſet, & de præcepto, Miſſa ſuperior de Spiritu Sancto cantetur, & priuatæ de Spiritu Sancto in proximum transferantur. Non Sacerdotes verò eodem præfato die communicabunt omnes. Qui in aliquo ſupradictorum deliquerit, pœnæ grauiori omninò ſubiaceat.

## *De tempore, & loco celebrandi Capituli.*

## C A P. V.

1 CElebretur Capitulum Generale tertio quoque anno feria ſecunda, quæ ſequitur Dominicam 3. poſt Paſcha, idque in Monaſterio, quod à ſuperiore Capitulo fuerit delectum. Si in triennio intermedio ortum fuerit aliquod impedimentum, quominùs in eo loco Capitulum haberi poſſit, Abbas Generalis cum aſſenſu Seniorum Aſſiſtentium, Viſitatorum, Procuratoris Generalis, & ipſorum Prouincialium,

lium, ſi tempus patietur, alium locum Capitulo eligat.

2 Sed & interdùm, non expectato legitimo tempore, Capitulum extrà ordinem celebrandum erit, vt ſi mortuo Abbate Generali alius eligendus ſit, aùt ſi propter aliam grauiſſimam cauſam tempus ordinarium eius celebrationi conſtitutum expectari non poſſe videbitur. Cùm igitur res exegerit, vt extrà ordinem Capitulum conuocandum ſit, Abbas Generalis cum Senioribus Aſſiſtentibus, & Procuratore Generali idem ſentientibus de hoc iudicet. Cùmque id neceſſarium eſſe duxerit, ſcribat ad omnes Superiores conuocandos, tantò antè diem Capituli, quantùm ſufficiat, vt eorum ad ipſum reſponſis perlatis, alteræ literæ ipſius ad illos antè tempus proficiſcendi ad Capitulum peruenire poſſint. Si tamèn id ſpatium datum non fuerit, valeant nihilominùs, rataque ſint, quæ in Capitulo geruntur. In eo autem Capitulo ſic extrà ordinem conuocato ele-

electiones Superiorum omnium, cæteraque fiant, ac ſi ſuo tempore celebratum eſſet.

3 Si tempore ordinario celebrandi Capituli caſus aliquis eius celebrationem impedierit, ſit ad Capitulum vſquè prorogatum officium, tùm Abbatis Generalis, tùm Seniorum Aſſiſtentium, ac Viſitatorum, Procuratoris Generalis, Prouincialium, aliorumque omnium Superiorum. De hoc autem ipſo, quod Capitulum celebrari ſuo tempore non poſſit, penès præfatos omnes, aùt ſaltem maiorem eorumdem partem iudicium ſit. Quod ſi id impedimentum nimis diuturnum futurum eſſe videatur, ijdem illi eodem modo, quid opus ſit facto, conſtituant. Nec verò legitimum impedimentum cenſeri debet, quod non poſſint omnes conuenire, dummodò ex tribus partibus duæ ſaltem poſſint.

*Quid*

## *Quid in primo Conſeſſu Capituli fieri conueniat.*

### CAP. VI.

1 Congregatis ijs, ex quibus conſtituendum eſt Capitulum, cùm eius inchoandi dies aduenerit, Capitulares omnes ſummo mane priuatas Miſſas de Spiritu Sancto celebrent, & eandem Abbas Generalis cunctis Patribus præſentibus cantet. Antequàm in Concilium congregentur, ſignum Concilij detur triginta Campanæ maioris pulſibus; idemque fiat quotiès Vocales omnes conuocandi erunt; quo ſigno audito, nulla interpoſita mora, omnes in Concilium conueniant. Miſſa igitur maiori celebrata, inſtituatur, vt infrà, Proceſſio, in qua hic ordo ſeruetur.

2 Primò præcedat cum Cruce tota familia Monaſterij, in quo celebratur Capitulum, Superiore excepto, qui

inter

inter Capitulares procedit ſuo in loco, deindè Diſcreti, poſteà Superiores, tàm illi, quàm iſti Monaſteriorum præcedentiam inter ſe reſpectiuè tenentes. Sequantur Prouinciales ordine Prouinciarum retento, tùm Superiores Maiores, & poſtremò Abbas Generalis.

3 Ordo porrò, tàm Prouinciarum, quàm Monaſteriorum ex eorum antiquitate, & origine ſpectetur, vt quò Prouincia, vel Monaſterium priùs erecta fuerit, vel receptum priorem obtineat locum. Prouincia Romana cæteras omnes antecedat, & immediatè poſt ipſam Pedemontana. Aliæ tres, ſi vt ſuprà cap. 3. num. 5. eodem tempore erigendæ fuerint, præcedentiam inter ſe deſumant ex antiquiore Monaſterio, ex ijs, quibus illa conſtare declarabitur. Vnitorum Monaſteriorum Diſcretus quantùmuis ex corpore Monaſterij poſteriùs recepti electus fuerit, antiquioris tamèn, quod in eius electione concurrerit, locum teneat.

4 Ingreſſis ergo Patribus, hymnoque

que completo, recitet Abbas Generalis, prout infrà Orationes, tùm ſedentibus omnibus, quærat nùm plena, & legitima videatur Congregatio Capituli; de quo, ſi de tribus partibus Capitularibus plures duabus conuenerint, dubium non ſit. Tunc recognoſcatur, quinam abſint ex ijs, qui conuenire debuerint; & cùm quæſitum fuerit de abſentibus expectandis, quod maiori parti præſentium placuerit, vincat. Quæratur de præſentibus, nùm quis eorum inhabilis ſit, & ſi quis fortè repertus fuerit, excludi ne debeat, an habilis reddi, ex pluralitate vocum ſtatuatur. Abſentium autèm vota nullo modo ſupplere liceat.

5 Nullus omninò in Capitulo Generali, ſiuè præſens ſit, ſiuè abſens alterum accuſet, ſeù denunciet, ſiuè præſentem, ſiuè abſentem, niſi de crimine, vel iam iudicialiter confeſſo, vel quod per facti euidentiam, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari, palàm omnibus conſtiterit; vel per legitimi Iudicis ſenten-

ten-

tentiam antè intimatum Capitulum Generale latam, de eo quis conuinctus fuerit; qui ſecùs fecerit, omninò non audiatur, & voce actiua, & paſſiua per decennium priuatus exiſtat. De perpetrata culpa, cui iam impoſita ſit pœna, nullus accuſet, nequè crimen illud opponat, niſi fortè pœna illa nondùm completa ſit.

6 Diſcreti proferant literas, quibus eos legitimè fuiſſe electos, pateat; atquè ſi quod mandatum à Capitulis, vel à particularibus habuerint. Illud autèm teneatur neminem quantumuis legitimè impeditum poſſe ius ſuffragij, quod habet, in alterum transferre, nec quiſquam abſens, & qui Conſeſſui Capituli non interſit, vocem habeat in eo, niſi in electionibus. Superiores Monaſteriorum exhibeant inuentaria, & alia, quæ ſuperiùs diximus per ipſos in Capitulum eſſe deferenda, idemque faciant Prouinciales.

7 Atquè, vt omnis occaſio præcidatur Capituli, quaſi minùs legitimè con-

congregati impugnandi, eorumque, quæ in eo decreta fuerint pro irritis, & nullis habendorum, qui ſecundum locum obtinet in Capitulo, abſoluat Abbatem Generalem, aùt eum, qui præeſt in Capitulo antè locum ſuum genuflexum hac formula.

*Autoritate Dei Omnipotentis mihi licet indigniſſimo per Sedem Apoſtolicam conceſſa, Ego te abſoluo ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & à quibuſuis alijs ſententijs, cenſuris, & pœnis, tecumq́; ſuper quauis irregularitate, & impedimento diſpenſo, quatenùs poſſum, & tu indiges, ad hoc tantùm, vt quæcumque per te fient in Congregationibus præſentis Capituli tempore habendis, rata, & firma ſint. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

8 Deindè Abbas Generalis, aùt qui præeſt, cæteros omnes genuflexos abſoluat ijs verbis.

*Autoritate Dei Omnipotentis mihi licet indigno per Sedem Apoſtolicam conceſſa, Ego vos omnes, & ſingulos hìc congregatos, itemque omnes durante hoc Capìtulo nobiſcum con-*

*gregandos ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & à quibuſuis alijs ſententijs, cenſuris, & pœnis abſoluo, & cum ijſdem, & vobiſcum ſuper quauis irregularitate, & impedimento diſpenſo, quatenùs poßum, & vos, illique indigetis ad hoc tantùm, vt omnia, quæ in Congregationibus præſentis Capituli agentur, rata, & firma ſint. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

9 His confectis abſoluantur omnes, tàm Officiales, quàm Superiores ab Abbate Generali à ſuis officijs, & Superioritatibus, quod ſic fiat. Sedente Abbate Generali, vel eo, qui præeſt, in ſella ſua, cæteri omnes Officiales, & Superiores Monaſteriorum humiliter in ſolum ſe proſternant; ille autem erectus dicat.

*Ego Frater N. Abbas Generalis Congregationis Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Autoritate Dei Omnipotentis mihi licet indigno conceſſa, abſoluo, & abſolutos eſſe pronuntio vos omnes præſentes Officiales, & Monaſteriorum Superiores, alioſque ab-*

*abſentes ab officijs, & ab adminiſtratione Monaſteriorum vobis commiſſorum.*

Tunc illi ſurgant, & in ſubſellijs ſecundùm ordinem ſuæ profeſſionis locum teneant, ſuprà Diſcretos tamèn, qui & ipſi locum profeſſionis petant.

## *De electionibus in eodem primo Conſeſſu faciendis.*

## C A P. V I I.

1 OFficialibus igitur, & Superioribus, vt ſuprà, abſolutis, eligatur Secretarius vir grauis, & ad excipienda quæque acta Capituli, tùm ingenio, tùm manu promptus, & idoneus, qui Decreta omnia, & acta ab initio ad exitum vſquè Capituli diſtinctè, & ordinatè perſcribat; eique, ſi opus ſit, ad ſcriptionis commoditatem ſocius adiungatur; eligatur autèm hoc modo, & idem fiat in omnibus, & ſin-

gulis futuris electionibus, vna Abbatis Generalis excepta.

2 Scribant ſinguli manu ſua in ſingulis ſchedulis iam anteà ſuper menſa paratis Nomen illius, quem Secretarium fieri velint, & eas in vrnam, quæ ſuper menſa imagini Crucifixi ſuppoſita eſt, vnus poſt alium, Præſide ipſo incipiente, conijciat. Quo facto Abbas Generalis, vel qui præſidet, & vltimus Capitularium Scrutatores futuri primò genibus flexis ante imaginem Crucifixi iurent ſinguli in hæc verba.

*Teſtor Deum fidei, & veritatis autorem, me ſuffragiorum, quæ tributa cuique fuerint, numerum verè renunciaturum, & quàmuis alicuius manum agnoſcam, nemini vnquàm patefacturum, & in hoc toto ſcrutandi officio ſinè fraude, & dolo bona fide verſaturum.*

3 Deindè, cùm ad menſam acceſſerint, inuerſa vrna, ſchedulas omnes dinumerent, poſteà vltimus Capitularium, quem diximus, Abbate Generali, ſeù eo, qui præeſt, inſpectante deſcribat è ſchedulis, tùm nomina eorum, quibus

ſuf-

ſuffragia contigerunt, tùm numerum ipſorum ſuffragiorum, quæ quiſque habuerit, ab ijs præcipuè ducens initium, in quos plures conſenſerint; ex quibus quo quiſque profeſſione antiquior eſt, hoc priore loco ponatur; idque in omni nominatione, & ſcrutinio perpetuò ſeruetur. Tùm verò pronuntiet ea nomina clara voce, ſic vt omnes audiant. Si quis pluſquàm mediam partem ſchedularum habere fuerit inuentus, is Secretarius erit; ſin minùs res ad calculos reuocetur, & qui primus ampliùs dimidia parte calculorum nigrorum habuerit, is erit in Secretarium electus. Quòd ſi res non proceſſerit, iterùm ferantur ſuffragia primò ſcilicet de ijs, qui plura vota habuerint, vt ſuprà. Quòd ſi nemo habuerit ſuprà dimidium totius numeri; qui ad eum numerum propiùs acceſſerit, electus ſit, & ſi pluribus paria numero ſuffragia fauerint, ille electus cenſeatur, qui profeſſione antiquior erit.

4 Tàm porrò Secretarij electio,

quàm Præſidis, & quatuor Definitorum ad ampliorem rerum Congregationis notitiam ex grauioribus, & magis ſpectatæ virtutis Patribus pro æquali portione, partim ex Prouincia Romana, fiat, & partim ex Pedemontana.

5 Qui Secretarius electus fuerit, Scrutator etiam ſit, & immediatè poſt illius electionem iuret eodem modo, & forma, quibus ſuprà num. 2; eique curæ ſit inſpicere cum alijs duobus Scrutatoribus nominatorum ſchedulas, & eorumdem nomina deſcribere, & pronuntiare.

6 Secretario ſic electo, è veſtigio Abbas Generalis, ſeù Præſes mox abſoluendus pauca ad ſeſe ingenuè excuſandum, & infirmitatis ſuæ conſcientia præfatus petat aperto capite à Capitulo veniam. Deindè eligatur Capituli Præſes vnus, qui ſtatim Abbatem Generalem ad ſolum proſtratum abſoluat hac forma.

*Ego Frater N. huius Capituli Generalis humilis Præſes Autoritate Dei Omnipotentis mihi*

*mihi licet indigno conceſſa, abſoluo te, & abſolutum pronuntio ab adminiſtratione huius noſtræ Congregationis tibi commiſſæ.*

Surgat tùm ſic abſolutus, & ſeſſum eat cum reliquis Patribus inter ſcilicet Superiores ſecundùm ordinem ſuæ profeſſionis. Poſteà verò eligantur duo Definitores, apud quos, & Præſidem abdicatus Abbas Generalis, alijs omnibus egreſſis, reddat, ſi tempus patietur, eodem contextu rationem adminiſtrationis ſuæ.

## *De alijs electionibus in ſecundo Conſeſſu faciendis, & quæ ſit Definitorij autoritas.*

## *CAP. VIII.*

1 SIndicatu Abbatis Generalis abſoluto, congregentur iterùm omnes, & alij duo Definitores eligantur. Quo peracto, dimittatur Conſeſſus, & remanentibus in Capitulo cum Præſide

quatuor Definitoribus coràm ipſis Procurator Generalis ſui Officij, & expenſarum pecuniarum rationem reddat. Si quid tàm in Abbatis Generalis abſoluti, quàm in Procuratoris Generalis Scrutinio grauius occurrerit, propter quod Definitorij iudicio, vel ambo, vel eorum alter ab ipſo Definitorio interdicendus ſit; tunc alius, vel alij in eorum locum ex Vocalibus eiuſdem Prouinciæ reſpectiuè à toto Capituli cœtu eligantur.

2 Poſt huiuſmodi peractum Scrutinium Abbas Generalis, & Procurator Generalis abſoluti, vel alij in eorum locum ſuffecti immediatè poſt Definitores locum habeant; atquè ij ſeptem omnes alios Capitulares præcedentes, communi conſilio, minora quæquè Capituli cognoſcant, examinent, & definiant; grauiora verò Capitulo reſeruent. Pro minoribus autèm ea ſola intelligantur, vel quæ ad aliquam perſonam particularem, aùt aliquod ſingulare Monaſterium ſpectabunt, ſiuè gratiam

...i concernant, ſiuè iuſtitiam; vel quæ
maiorem alicuius Conſtitutionis obſeruantiam decernenda erunt; quorum ſingula donec ab alio Capitulo, ſeù Definitorio abrogentur ab omnibus; tanquàm Definitiones omninò obſeruentur. Curæ ſit Definitorij Patribus omnia; quæ à Diſcretis, aùt alijs allata ſunt, ad Capitulum referre, & literas, quæ mittuntur ad Capitulum aperire. Sit prætereà penès eos reijcere, quæ referenda non videntur, ſi tamèn is, qui refert, non repugnat, alioquin referantur. Poſſint etiam eorum, qui ſcripſerint, nomina taceri, præſertim ſi ipſi id petierint, niſi Capitulum prohibuerit.

3 Videant primo loco, & recognoſcant, an ſcripturæ omnes à Superioribus Monaſteriorum, vt ſuprà, ad Capitulum allatæ, & in primo Conſeſſu conſignatæ præſcripto modo ſubſcriptæ ſint. Subſcriptorum atteſtationes perlegant & examinent, & ſi quos ex huiuſmodi lectione Superiores in re ali-

qua

qua deliquiſſe inuenerint, vel ei. auditis ad Conſtitutionum formam c. rigant, vel puniendos in eorum Scrutinio Abbati Generali eligendo remittant.

4 Tempore Capituli Generalis perdurante, Præſes, & ſex Definitores præfati ad cognoſcenda, examinandaque negotia bis quotidiè congregentur, denturq; ſemper ad id ſignificandum ſeptem Campanæ maioris ictus, lento funis tractu. Vnicuique Conſeſſui Orationes conſuetas Præſes præponat, & poſt vnumquemque gratias agat, vt infrà. Duret autèm Conſeſſus quiſque, Matutinus quidem à completa Prima vſquè ad Sextam, Veſpertinus verò, à completa Nona vſquè ad Veſperas. Eo tempore, quo Definitorium congregatum negotijs incumbit, ianuæ Capituli aliquis ſemper aſſiſtat, is ſcilicet, cui id munus Præſes iniunxerit, quem idem Præſes, quotiès opus fuerit, ad ſe tintinnabuli pulſu aduocabit.

5 Capituli Præſes antequàm Conſeſſum

ſeſſum hunc dimittat, aliquos Confeſſarios diuerſis ex Prouincijs pro Capitularium confeſſionibus de Definitorum conſilio conſtituat; eligat quoque eodem modo ex peritioribus Patres quatuor, qui Computiſtarum officio fungantur. Hi autem cuiuſque Monaſterij, tàm expenſarum, quàm reddituum computa, & rationes examinent; Debitorum cauſas inquirant, & recognoſcant, quas deindè in ſcriptis relatas Abbati Generali nouiter electo conſignabunt, addito etiam, ſi quid in præfatis computis, & rationibus erratum inuenerint.

6 Singulis diebus Miſſa cum Miniſtris cantetur, ad quam Capitulares omnes nullo impediti negotio conueniant, agantque tàm in ea, quàm in Officio Diuino perſoluendo Cantorum partes, quibus Præſes iuſſerit, qui tàm Celebrantem, quàm Miniſtros facto priùs cum Præſide verbo deſignabunt, & quæ Miſſa canenda ſit, indicabunt.

## *Qua ratione in ſingulis Conſeſſibus negotia tractanda ſint.*

### CAP. IX.

QVæ maioris momenti ſunt, pridiè quàm tractentur, in Capitulo palàm proponantur. Suffragijs ſecretis, & vſitata calculorum ratione ſententiæ quæque ſtabiliantur in Capitulo, & quæ ſententia maioris partis fuerit, ea valeat: quod ſi paribus ſuffragijs res ſuſpenſa fuerit, iterùm ferantur ſuffragia, & tùm Præſes altero calculo addito rem diſcutiat, quod idem faciat in omni alio ſimili caſu. Scrutatorum autèm partes agant in omni Scrutinio Maior Capituli, Secretarius, & Vocalium poſtremus.

7 Si maiori parti Capituli placuerit, certis Capitularium certas res cognoſcendas, & conſtituendas mandari liceat.

Sen-

8 Sententiam dicturi in Capitulo ſemel tantùm dicant, & nihil iterent; in re tamèn magni momenti Præſes iterùm dicere petentibus poſt omnes dictas ſententias concedat; dicturus verò ſtans, & aperto capite dicat.

9 Ad aliquam ſententiam ſtabiliendam, tùm demùm ferantur ſuffragia, cùm Secretarius eam ſcripſerit, non tamen in libro: ſcriptam autèm recitet, vt intelligatur, nùm rectè expreſſa ſit, & ad mentem Capituli; ſemel verò ſuffragijs confirmata mutari nullo modo poſſit, nec melioris quidem compoſitionis, aùt elegantiæ cauſa.

10 Porrò, vt religioſa modeſtia in dicendis ſententijs ab omnibus adhibeatur, hæc ſeruentur. Qui mandato aliorum aliquid proponit, ſimpliciter vt accepit, proponat nihil immutans, addens, aùt detrahens, nec in quam partem propenſior ſit, ſignificet. Abſit inanis verborum copia, nec ſinè neceſſitate dilatetur oratio. In loco, & ordine quiſque ſuo ſententiam dicat, idque

que cùm à Præſide facultatem, & benedictionem acceperit. Placidè, & quietè loquatur, nec magis contendat vocem, quàm loci amplitudo poſtulat. Proba ſit, & modeſta oratio, nec in quemquam aculeata, nec cuiuſquam contemptum præ ſe ferens; geſtus etiam omnis compoſitus ſit, & verecundus.

11 Non liceat cuiquam, cùm aliter decretum fuerit, ac ipſe ſenſerit, adhùc aduerſari, nec dicere ſibi non probari, quod decretum fuerit; ſed id, in quod plures conſenſerint, rectum eſſe ſit omnibus perſuaſum. Dicenti nullus obloquatur, nec quicquam quominùs liberè loqui liceat, dicatur, aùt fiat. Nulli inter ſe colloquantur, aùt ſubmiſſa voce muſſitent, & nemo niſi facultate impetrata diſcedat, aùt moueat ſe loco ſuo. Capitulares, qui morbo detenti Conſeſſibus cum cæteris intereſſe non poterunt, in Decretis faciendis ſuffragia non ferant.

12 Tertia, vel quarta die ab incœpto Capitulo, aùt certè alia ſibi benè

viſa

viſa de mane iubeat Præſes coràm omnibus Monachorum omnium tranſacto triennio Defunctorum per Capituli Secretarium recitari nomina, additis cuiuſque obitus anno, menſe, die, & loco, in quo defuncti ſunt. His recitatis ſurgat primus Capituli Cantor, & ſtans aperto capite, & facie ad Præſidem conuerſa dicat in cantu more ſolito, hæc verba.

*Abſoluatis animas fratrum noſtrorum Monachorum hoc triennio Defunctorum.*

Quibus dictis, toto cœtu ſurgente, Præſes aperto capite ſubinferat.

*Animæ fratrum Monachorum noſtrorum hoc triennio Defunctorum requieſcant in pace*; & reſponſo ab omnibus *Amen*, idem Cantor Pſalmum *De profundis* in ſolito tono imponat, quem alternatiuè cæteri ſtantes proſequantur; eoque finito ſubiungant omnes ſimul *Kyrie eleiſon, &c.* & genuflectant. Imponat illicò Præſes *Pater noſter*, & eo completo, ſubiungat Verſus *Et ne nos, &c. A porta inferi; Requieſcant in pace; Domine exaudi orationem, &c.* & ſurgens

gens ſubinferenſque *Dominus vobiſcum*, dicat Orationem *Deus veniæ largitor*, cum ſuis Verſibus, vt in Manuali pag. 238.

13 Poſt hæc ſedentibus omnibus, ſi quid à toto cœtu decernendum erit, proponatur ſanè, ſin minùs, iniuncta à Præſide Miſſa pro eiſdem Defunctis eodem mane ſolemniter celebranda, Conſeſſum dimittat.

14 Præſes verò cum Patribus Definitorij in loco perſeuerans, catalogum eorum Patrum, qui voce paſſiua in futura Abbatis Generalis electione gaudere debent, examinet, atquè conſtituat, & ex peritioribus ſcriptori alicui in plura folia, quot ſcilicet in Capitulo Vocales fuerint, tranſcribendum eo modo, quem in Diſcretorum electione tradidimus, conſignet, aùt certè imprimi curet.

15 Negotijs demùm, rebuſque ad Capitulum Generale ſpectantibus peractis, ſtabiliantur in vltimo ipſius Definitorij Conſeſſu taxæ ab vnoquoque Monaſterio in actu Viſitationis, tàm

Abbati

Abbati Generali, quàm Prouincialibus, & Viſitatoribus ſoluendæ: Moxque iterùm toto conuocato cœtu de præficiendo ſibi, ac toti Congregationi Capite, in proximo futuro Conſeſſu congregatos commonefaciat. Addat, vt ad hanc tàm grauem, tantique momenti rem ſalubriter peragendam omni humana cogitatione, & cupiditate ſecluſa, vnuſquiſque in vnam Dei gloriam, vtilitatemque Congregationis intuens non ſolùm omni ambitione, & cupiditate honoris (qua duci Monachum flagitium ſit) prorsùs vacet, ſed etiam ab omni alia propenſione, aùt alienatione, quæ rectum iudicium impediat, purus, & integer ſit.

16 Caueant autem omnes ne tàm in hac Abbatis Generalis, quàm in omnibus, & quibuſcumque electionibus voces, aùt ſuffragia promiſſione, terrore, odio, paſſione, conuentione, & Principum, aùt Prælatorum fauore, vel ſibi ipſis, vel alijs procurent. Qui ſecùs fecerit, pœnas in Conſtitutioni-

bus contrà ambientes fulminatas ipſo facto omninò luat. Hoc tamèn decreto non prohibetur, quin Capitulares antè electionem quamcunque inter ſeſe ſincerè, prudenter, & ſinè omninò conuentionibus de perſona eligenda, tàm priuatim, quàm publicè colloqui, & conſulere valeant.

## *De electione Abbatis Generalis.*

## *CAP. X.*

1 ABbatis Generalis electio de mane fiat ſemper, & poſt à Præſide, quantùm fieri poterit, vel ab alio ad illius arbitrium cantatam de Spiritu Sancto Miſſam, vt in prima die Capituli. Celebrata igitur ſolemni Miſſa, conueniant omnes in Capitulum, in quo ſit anteà parata ſedes, & cætera ad huiuſmodi electionem neceſſaria. Sedentibus autem omnibus legantur per Secretarium, quæ ſequuntur.

Nul-

2 Nullus in Abbatem Generalem eligatur, qui non fuerit, aùt Senior Aſſiſtens, aùt Viſitator, aùt Procurator Generalis, aùt Prouincialis, aùt deniquè Prior alicuius Monaſterij per integrum triennium; eiuſdemque electio alternatiuè ſemper celebretur, ità vt vna vice ex Profeſſis Prouinciæ Romanæ aſſumatur, & altera vice ex Profeſſis Prouinciæ Pedemontanæ, & idem de Procuratore Generali dictum ſit.

3 His autem perlectis, cùm ſingulis Capitularibus ſingula nomina eorum, qui iuxtà iam dicta in Abbatem Generalem eligi poſſunt, diſtributa fuerint, pronuntiet Secretarius hæc verba.

*In nomine Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti ad electionem Abbatis Generalis noſtræ Congregationis veniatur.*

Tunc ſurgentibus omnibus, Præſes in loco ſuo aperto capite ſtans iuret in hæc verba.

*Teſtor Chriſtum, qui me iudicaturus eſt, me eum eligere in Abbatem Generalem huius*

*Congregationis Sancti Bernardi Reformatorum, quem ſecundùm Deum iudico eligi debere.*

4 Sedeant poſt huiuſmodi iuramentum omnes, & eos illicò hoc modo Præſes interroget. *Iuratis ne, & vos omnes eum vos in Abbatem electuros, quem ſecundùm Deum iudicatis eligi debere?* Surgat tunc qui poſt Præſidem primus Vocalium eſt, & manum dexteram pectori admouens, ità vt ab omnibus videatur, alta, & clara voce reſpondeat *Iuro*, & ſedeat, & ſic vnus poſt alium eodem modo ſinguli iurent, primò ij, qui ad dexteram Capituli ſunt, & alij deindè, qui ad ſiniſtram à maioribus ſemper incipiendo.

5 Tunc Præſes Capituli è ſchedulis ſibi datis eam ſeligat, in qua ſcriptum eſt nomen illius, cui ſuffragari in animo habet, & duobus digitis prehenſam attollens, vt videatur, in vrnam, quæ ſuper menſam imagini Crucifixi ſuppoſitam eſt, conijciat, & poſteà locum ſuum petat, idemque alij omnes faciant, pri-

mò

mò quidem Definitores, deindè cæteri ordine profeſſionis ſeruato.

6 Si qui ex Vocalibus morbo detenti fuerint, accedant cum vrna ad eos, qui poſt Definitores prior eſt ordine, Secretarius Capituli, & Vocalium vltimus. Infirmus autem poſtquàm iurauerit eadem forma, qua Præſes, ſchedulam ſuam in vrnam conijciat, idemque obſeruetur in ſuffragationibus, & ſequentibus electionibus. Hoc facto, accedant ad menſam Scrutatores, & vrnam ſuper eam inuertant. Hinc ſchedulas omnes Præſes dinumeret, deindè aperiat, & cùm nomen in vnaquaque illarum deſcriptum legerit, eas ſingulas primò Capituli vltimo, & demùm Secretario legendas tradat, qui Secretarius è ſingulis ipſarum deſcribat tùm nomina eorum, quibus ſuffragia contigerunt, tùm numerum ipſorum ſuffragiorum, quæ quiſque habuerit, ab ijs præcipuè ducens initium, in quos plures conſenſerint; ex quibus quò quiſq; profeſſione antiquior eſt hoc priore

loco ponatur, idque in omni electione, & Scrutinio perpetuò ſeruetur.

7 Tùm verò pronuntiet idem Secretarius ea nomina clara voce, ſic vt omnes audiant. Si quis de tribus partibus ſchedularum duas habere fuerit inuentus, is ſinè alio experimento legitimus Abbas Generalis ſit, ſin minùs res ad calculos redeat hoc modo.

8 Scrutatores, quos diximus, ſtatim expeditis calculis, Secretarius quidèm ad dexteram ſedentibus, vltimus verò Vocalium ad ſiniſtram binos ſingulis diſtribuant, alterum album, quo refragatio declaratur, alterum nigrum, quo ſuffragatio ſignificatur; qui quidem calculi non plures illic ſint, quàm vt ei diſtributioni ſufficiant; ac continuò Secretarius nominet eum, cui maior ſchedularum numerus contigerit, vt de eo in ſuffragium eatur.

9 Tunc ſinguli ordine ſuo, vt ſuprà ad menſam accedentes ſingulos calculos albos, aùt nigros in vrnam conijciant; is tamèn de quo agitur, non accedat,

nec

nec ſuffragium ferat, quod in omnibus Scrutinijs generatim ſeruetur.

10 Cùm omnes id fecerint, Scrutatores inſpiciant quot ſuffragijs ille ſit expetitus, & ſi duas partes ſuffragiorum è tribus tulerit, res confecta eſt; ille ſit Abbas Generalis. Si non habuerit, ſcribatur numerus ſuffragiorum, quæ habuit, & palàm pronuntietur. Poſt proponantur alij, quo ordine ſcripti ſunt, ac de ſingulis in ſuffragium eatur. Cui primò de tribus partibus ſuffragiorum duæ contigerint, is Abbas Generalis ſit. Quod ſi nulli tantum ſuffragiorum contigerit, pronuntietur quantum cuique contigerit, & redditis cuique calculis, iterùm eodem prorsùs modo ſuffragia ferantur, ita nimirùm, vt quò quiſque maiorem numerum ſuffragiorum habuerit, hoc priùs de eo ſuffragia ferantur. Quod ſi ne tunc quidem cuiquam euenerit, quantum diximus ſuffragiorum; tertiò idem repetatur, ea tamèn lege, vt qui in ſuperioribus experimentis plus tribus ſuffra-

gijs non habuerint, excludantur. Si neque tunc res efficitur, quartò ferantur ſuffragia, ijs, quibus non plus quatuor ſuffragijs contigerit excluſis, niſi fortè omnibus eadem ſit conditio; quod ſi ſit, nullus excludatur. Si nequè tunc duo trientes ſuffragiorum vlli acceſſerint, is Abbas Generalis electus cenſeatur, in quem plura ſuffragia concurrerint, ſi modò dimidium totius numeri ſuperent. Si verò, quod vix fieri poteſt, ne tunc quidem res explicatur, repetito Scrutinio tandem exitum inueniet.

11 Electione peracta ſcribatur à Secretario Decretum his verbis conceptum.

*Anno Domini N. die N. Menſis N. in legitimo Capitulo Generali ſecundùm legitimam, & præſcriptam rationem Reuerendiſſimus Pater, ac Domnus N. electus fuit Abbas Generalis Congregationis Sancti Bernardi Reformatorum Ordinis Ciſtercienſis.*

Hoc Decretum Præſes Capituli, aùt ſi is electus ſit, Definitor antiquiſ-

ſimus

ſimus recitet, illudque deindè ſubſcribant Definitores omnes, & Scrutatores, & ſigillo maiore Congregationis obſignent; nec fas ſit cuiquam, exceptis Scrutatoribus, ſchedulas electionis inſpicere, ſed illæ ſtatim in ignem conijciantur, idemque fiat ſemper in ſimili re.

12 Ei, qui ſic electus fuerit, vt & reliquis Officialibus eligendis, non liceat officium demandatum detrectare, aùt vlla ratione defugere, fiducia videlicet Diuinæ benignitatis, quæ cùm onus impoſuerit, vires ei ſuſtinendo neceſſarias non denegabit.

13 Cùm primùm electus Abbas Generalis declaratus eſt, omnes Capituli Patres eum ſumma humilitate, & reuerentia ſalutatum eant, Præſes primò poſt impoſitum à ſe Canticum *Benedictus* in tono ſexto in Capitulo ipſo alternatim abſoluendum. Quod ſi is fuerit Abbas Generalis electus, imponat præfatum Canticum Definitorum primus. Salutent eum deindè Definito-

res,

res, & tunc eorum omnium officium deſinat, tùm alij deinceps ordine ſuo quiſque. Interim facto ſonitu omnium Campanarum peractæ electionis ſigno, conueniant cuncti fratres Monaſterij in Capitulum, qui peracta ibidem etiam ab ipſis Abbati Generali ſalutatione, adiuncti Capitularibus conferant ſe proceſſionaliter in Eccleſiam ſummo animorum, & vocum conſenſu concinentes Hymnum *Te Deum laudamus* à Maiore Capituli poſt Abbatem Generalem electum imponendum. Incedant primò Monaſterij fratres, qui Capitularibus ſemper, & vbique vſquè ad Capituli exitum cedere debent, Capitulares deindè omnes inter ſeſe loca profeſſionis ſeruantes, & Abbas Generalis poſtremus. Hymno præfato in Eccleſia abſoluto, Abbate Generali in loco ſibi parato remanente, qui poſt ipſum antecedit ordine, dicat Verſum, & Orationem, vt infrà.

*De*

## *De electione Seniorum Aſſiſtentium, & de Superiorum abſolutorum Scrutinio.*

## *CAP. XI.*

1 ABbate Generali electo, ſicut dictum eſt, vel eadem, vel poſtera die ad eiuſdem Abbatis arbitrium, ad Seniorum Aſſiſtentium electionem accedatur, quam cùm rectè fieri tantum interſit ad conſeruationem Congregationis quantum difficile dictu eſt (ſunt enim ea officia præcipua vincula, & firmamenta Congregationis) videat vnuſquiſque in hac electione, vt ab ijs affectibus, qui plerumque tenebras animo offendunt, rectumque iudicium, liber, & vacuus vnum Deum in hoc opere ſibi antè oculos proponat, & Diuinum lumen, quo mens, & ſua, & aliorum dirigatur, pijs precibus imploret. Horum autem electio fiat eodem

dem modo, quem in Secretarij electio-ne explicauimus.

2 Poſt ſupradictorum electionem, dimiſſo cœtu, Abbas Generalis Senioribus mox electis, & Abbate Generali abſoluto, Capitulique Secretario præſentibus, abſolutorum illicò Superiorum cuiuſque Monaſterij Scrutinium inſtituat hoc modo. Examinentur primò cuiuſque Monaſterij computa iam reuiſa, & tàm debitorum, quàm creditorum rationes, vocenturque, ſi opus fuerit, reuiſores ipſi. Videantur aliæ ſcripturæ ab abſolutis Prioribus ad Capitulum Generale allatæ. Vocentur deindè per ordinem Diſcreti omnes, à quibus cùm quæſitum fuerit ſigillatim, quos ſe geſſerint, tùm Prouinciales, tùm Superiores Monaſteriorum eorum, à quibus ipſi deſtinati fuerunt, in officijs ſuis, & in omni, tàm ſpiritualium, quàm temporalium rerum adminiſtratione, reſpondeant ipſi ad ſingula ſumma fide, & veritate.

3 His intellectis, cùm Secretarius

rius, Abbate Generali admonente, notauerit, ſi quæ videntur notatu digna, vocentur Prouinciales, & Superiores per ordinem, & adminiſtrationum ſuarum rationem reddant. Cùmque grauioribus, quæ fortè in eos, vel à Diſcretis, dicta fuerint, vel à Computorum reuiſoribus relata, diſtinctè, & ſigillatim reſponderint; Abbas Generalis eos proùt expedire iudicauerit, vel laudet, vel reprehendat, obiurget, & meritis pœnis afficiat.

## *De electione Viſitatorum, Procuratoris Generalis, Prouincialium, & aliorum cuiuſque Monaſterij Superiorum.*

## CAP. XII.

1 PRædictis omnibus iam abſolutis, vocatoque iterùm toto cœtu,

cœtu, eligantur Viſitatores, & Procurator Generalis eadem prorsùs forma, qua Aſſiſtentes ipſi, & ea electione peracta, dimiſſo cœtu, eligantur, tùm Prouinciales, tùm cuiuſque Monaſterij Superiores per Abbatem Generalem ipſum, Aſſiſtentes, Viſitatores, & Procuratorem Generalem dumtaxàt, qui ſi propter alicuius abſentiam pauciores, quàm ſex fuerint, alius, vel alij, & maximè, ſi fieri poteſt, qui eodem officio aliquandò functi ſint, in eius locum ad huius electionis effectum tantummodò per Capituli Generalis Vocales ſufficiantur.

2 De neceſſitatibus Prouinciarum, & Monaſteriorum, deque perſonis, quas Abbas Generalis parùm nouerit, ipſe diligenter inquirat tùm à ſupradictis Superioribus, tùm etiam ab alijs, qui proximè illis Prouincijs, aùt Monaſterijs præfuerunt. Hoc autem ea cautione, & prudentia fiat, vt & qui interrogat neceſſaria tantùm interroget, & qui reſpondet ad interrogata

tan-

tantùm reſpondeat, verbum præterea non addat. Qui præter interrogata reſpondens aliquid in alterius infamiam dixerit, graui animaduerſione puniatur.

3 Vt autem ad præfatorum electionem veniamus, proponat primò Abbas Generalis vnumquemque eligibilem, & auditis, vt ſupra dictorum Patrum opinionibus, eumdem deindè ſuffragijs ſecretis eorumdem exponat. Qui maiore calculorum parte probatus fuerit, is electus ſit. Abbas porrò Generalis tàm in hac, quàm in ſimili electione, in qua electores pares numero fuerint, calculos nigros, & albos, binos habeat.

4 Fiat autem hæc electio hoc ordine, vt Superiores, quorum officia maioris momenti eſſe Abbas Generalis iudicauerit, priùs creentur, primò equidem Prouinciales, & proximè poſt hos Superiores Nouitiatuum.

*De*

## *De vltimo Conſeſſu, & clauſula Capituli.*

## CAP. XIII.

1 SVperioribus omnibus electis, & cæteris, quæ ad Capitulum Generale pertinent, expeditis, conuocet Abbas Generalis cœtum omnem, & palàm tàm acta, Decretaque Capituli, quàm Superiores conſtituti alta voce pronuncientur, & promulgentur, eodemque tempore quiſque cùm nominatus fuerit, in ſuo collocetur ordine.

2 Poſt hæc Abbas Generalis locum pro ſequenti Capituli Generalis celebratione proponat Capitularium ſuffragijs approbandum. Hinc idem Abbas Generalis cùm pia breuique exhortatione congregatos monuerit, quæ pro temporum, & locorum ratione monenda viſa fuerint; Hymnum *Te Deum* imponat, & fiat Proceſſio ad Eccle-

cleſiam, ad quam totus etiam Monaſterij Conuentus ordine, quo ſuprà accedat. Expeditis autèm in Eccleſia, proùt infrà, precibus, Capitulum dimiſſum ſit.

4 Capitularium quiſque primam, quam dicturus eſt, Miſſam pro gratijs Deo agendis dicat, ſi ritus patiatur, alioquin cùm primùm licuerit.

5 Superior quiſque Monaſterij poſtulet à Secretario, ſi quæ ad ſuum Monaſterium præcipuè ſpectantia decreta ſint, in authentica forma ſibi deſcribi, poſteà in Codicem Monaſterij referenda.

6 Quæ decreta Capituli in vſum conferenda, & executioni mandanda ſunt, Abbas Generalis ex actis Capituli per Secretarium fideliter tranſcribi curet, & eorum exemplaria, ſiuè manuſcripta, ſiuè typis impreſſa ad omnia Congregationis Monaſteria, quater in anno, eodem ſcilicet tempore, quo ſolent Conſtitutiones legi, in eorum ſingulis legenda per Superiores ipſos tranſmittat.

7 Qui Capitulo Generali interfuerint, diſputationes, quæ fortè in Capitulo interuenerint, non efferant, aùt patefaciant, quantumuis enim decreta Capituli palàm fieri debeant, quæ tamèn in illis conſtituendis diſputata ſunt, proferri fas non eſt. Quæ diuulgata poſſent Congregationi, vel alicui perſonæ detrimentum afferre, perpetuo etiam ſilentio obruantur. Qui tandèm diſceſſuri ſunt, vt primo quoque tempore diſcedant, operam dent.

8 Superiores locales cum primò ad propria Monaſteria peruenerint, inuentaria omnia ad Capitulum àb anteceſſoribus delata examinent, & recognoſcant, & ſi quid in eis tàm circà vtenſilia maiora, victualia, & pecunias, quàm circà debita, & credita, itemque Miſſas ad Capitulum Generale non fideliter delatum fuerit, de ea infidelitate fidem à Senioribus ſubſcriptam ad Abbatem Generalem, aùt Prouincialem mittant, qui delinquentes pro delictorum grauitate omninò puniant: Superiores

riores verò Monaſteriorum, qui id fieri neglexerint, Abbatis Generalis, vel Prouincialis arbitrio plectantur.

9 Inquirant etiam præfati Superiores à fide dignis, quid tempore Capituli in eorum Monaſterijs contrà Conſtitutiones, ac præſertim contrà Caput quintum huius libri graue commiſſum ſit, & de eo ad præfatos Superiores reſcribant cum Seniorum Monaſterij ſubſcriptione. Abbas verò Generalis, vel Prouincialis ijs literis acceptis, ad modum culpæ peccantes puniant.

quartum

F I N I S.

## *Preces tàm antè quemcumque Conſeſſum Capituli Generalis, quàm poſt recitandæ.*

DIe prima Capituli Miſſa maiori completa, & depoſitis à Celebrante, & Miniſtris, vel apud Altare, vel in Sacrario ſacris veſtibus, conferant ſe omnes; tàm Capitulares, quàm familiæ fratres, antè Altare Sanctiſſimi Sacramenti, ibiquè genuflexis omnibus, imponat Abbas Generalis Hymnum *Veni Creator Spiritus*, & primo eiuſdem Hymni tetraſtico perſoluto, inſtituatur Proceſſio. Ea autem ingredi Capitulum incipiente, ſiſtet ſe Cruciferarius in medio eius cum Ceroferarijs, facie ad imaginem Capituli conuerſa. Subſequentium verò tàm primi, quàm cæteri omnes, vt ingrediuntur, vltrà ſe non conferant, ſed facta in ipſo limine Cruci profunda inclinatione, qui ad dexteram pergunt dextrorsùm, & qui ad ſiniſtram ſiniſtrorsùm, inferiores

riores ſedes occupent, ex quo fiet, vt qui primi intrauerunt, vltima loca obtineant, & qui vltimi ingrediuntur, priores ſedes impleant; ad propria autem loca cum fuerint, faciem ad Crucem in medio exiſtentem conuertant, & ſic ſtent, vſq; dùm completæ ſint preces.

*Hymnus.*

VEni Creator Spiritus
Mentes tuorum viſitam,
Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.
Qui Paraclitus diceris,
Donum Dei Altiſſimi,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis Vnctio.
Tu Septiformis munere
Dexteræ Dei tu digitus,
Tu ritè promiſſum Patris
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas longiùs,
Pacemque dones protinùs,
Ductore ſic te præuio
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem,
Noſcamus atque Filium,
Te vtriuſque Spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria Patri Domino,
Natoque, qui à mortuis,
Surrexit, ac Paraclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

Poſt Hymnum inclinantes ſe ſubiungant *Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon*. Tùm Abbas imponat alta voce *Pater noſter*. quo ſecretè completo, addat idem Abbas erigens ſe cum cæteris ſequentes Verſus, & Orationes.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*
℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*
℟. *Et renouabis faciem terræ.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum Spiritu tuo.*

*Ore-*

*Oremus.* Oratio.

D*Eus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.*

Oratio.

A*Ctiones noſtras quæſumus Domine aſpirando praueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra Oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.*

Oratio.

M*Entes noſtras quæſumus Domine lumine tuæ viſitationis illuſtra: vt videre poſſimus, quæ agenda ſunt, & quæ recta ſunt agere valeamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.*

Hac ſupradicta forma, antè quamcunque Seſſionem tempore Capituli vtendum erit, cùm ſimul orauerint In ſecundo tamen, & cæteris Conſeſſibus omnia ſinè cantu dicantur.

## *Gratiarum actiones.*

POſt quemcunque Conſeſſum, ſiuè ſoli ſint Patres Definitores, ſiuè to-

tus adſit Capitularium cœtus; Præſec exurgens ipſe, & cæteris omnibus ſtantibus, dicat.

℣. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

℞. *A templo tuo, quod eſt in Hieruſalem.*

℣. *Speciosa facta es, & ſuauis.*

℞. *In delicijs tuis Sancta Dei Genitrix.*

℣. *Iuſti autem in perpetuum viuent.*

℞. *Et apud Dominum eſt merces eorum.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℞. *Et cum Spiritu tuo.*

*Oremus.* Oratio.

*COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.*

Oratio.

*EXcita Domine in Eccleſia tua Spiritum, cui Beati Patres Benedictus, & Bernardus Abbates ſeruierunt: vt eodem nos repleti ſtudeamus amare, quod amarunt, & opere exercere, quod docuerunt. Per Chriſtum Dominum noſtrum.* ℞. *Amen.*

*Ora-*

## *Orationes ſuprà electum Abbatem Generalem.*

PVblicato per Capituli Secretarium electionis Abbatis Generalis Decreto, & Cantico *Benedictus*, vt ſuprà abſoluto, antiquior poſt eumdem Abbatem imponat Hymnum *Te Deum laudamus*, & fiat, vt ſuprà dictum eſt, Proceſſio ad Eccleſiam, Monaſterij familia cum Cruce præeunte. Vt in Eccleſiam peruenerint, Crucifero cum Ceroferarijs versùs Altare maius progrediente, ibiquè propè cornu Euangelij, verſa facie ad cornu Epiſtolæ, ſe ſiſtente; cæterorum, qui ingrediuntur, primi hinc indè alas facientes propè ianuam ſubſiſtant, facie adinuicem conuerſa: hinc alij, & alij ſuprà ipſos eodem modo, & demùm vltimi, qui progrediuntur ad Presbyterij cancellos ſe collocent, & dùm Abbas Generalis per medium eorum pertranſit, omnes ei profundè in-

inclinent. Abbas autem Generalis ad reclinatorium procedat, & ibi vſquè ad finem genuflexus perſeueret. Ad totum Verſum *Te ergo, &c.* versùs Altare genuflectant omnes. Hymno autem abſoluto, versùs Altare ſtantibus omnibus, profeſſione antiquior dicat ter in cantu ſequentem Verſum, & ſubſequentes Orationes.

℣. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

℟. *A templo tuo, quod eſt in Hieruſalem.*

*Oremus.* Oratio.

*DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.*

Oratio.

*PRætende Domine famulo tuo dexteram cœleſtis auxilij: vt te toto corde perquirat, & quæ dignè poſtulat aſſequatur.*

Ora-

Oratio.

O*Mnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus, prætende ſuper famulum tuum N. & ſuper Congregationem illi commiſſam ſpiritum gratiæ ſalutaris: & vt in veritate tibi complaceat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Per Chriſtum Dominum noſtrum.*

℞. *Amen.*

Orent deindè genuflexi, & ſurgente Abbate Generali, ſurgant omnes, eumdemque ad hoſpitium euntem comitentur.

## *Preces in Clauſula Capituli.*

TErminatis omnibus in vltimo Capituli Conſeſſu, imponat Abbas Generalis Hymnum *Te Deum*, & fiat Proceſſio eodem modo, quo ſuprà à Capitulo ad Eccleſiam, in qua Hymno completo, ſtantibus omnibus, Abbas Generalis ſubiungat in cantu ter hunc Verſum.

℣. *Be-*

℣. *Benedicat nos Deus noſter, benedicat nos Deus.*

℟. *Et metuant eum omnes fines terræ.*

Addat Abbas

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum Spiritu tuo.*

Tunc Abbas ſubinferat

*Oremus.* Oratio.

D*Eus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus, pijſſimæ Maieſtati tuæ, pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes: vt qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens ad præmia futura diſponas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.*

℟. *Amen.*

Genuflectant poſt hæc, & orent aliquantulùm, & ſurgente Abbate Generali, ſurgant omnes, & eum ad hoſpitium vſquè ſequantur.

*Com-*

*Commiſſione, ac mandato Reuerendiſſimi Patris, ac Domni D. Lucæ à S. Carolo Congregationis Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Abbatis Generalis, Nos ſubſignati Prouincialis, ac Viſitator coniunctim has præſentes Conſtitutiones cum ſuis correctionibus, additionibus, & expunctionibus, attentè vidimus, & diligenter examinauimus; cùmque eas cum Originalibus Capitulorum Generalium Decretis ſummo ſtudio, parique diligentia contuliſſemus, nihil in eis, vel additum, vel expunctum, ſeù correctum animaduertimus, quod eorumdem Capitulorum Decretis conſonum non ſit, aùt non fideliter expreſſum. In quorum fidem has præſentes fecimus, & ſubſcripſimus. Ex Monaſterio Sanctæ Pudentianæ de Vrbe hac die* 18. *Martij* 1668.

D. Io: Aloyſius à S. Bernardo Romanæ Prouinciæ Prouincialis.

D. Iulius à S. Anaſtaſia Viſitator Generalis.

BREVE

# BREVE CLEMENTIS PAPÆ VIII. Fel. rec.

Quo hæ Conſtitutiones approbantur, & confirmantur.

*CLEMENS PAPA VIII.*
*Ad perpetuam rei memoriam,*

*EX debito Paſtoralis officij diuina nobis diſpoſitione commiſſi ad ea, per quæ perſonis Deo dicatis, præſertim verò Regularibus certa piè, & cum ædificatione proximi viuendi norma traditur, & Regularia loca anteà laxiora reformationem ſuſcipiunt, libenter intendimus, & his quæ prouidè ſtatuta, atque ordinata fuiſſe dicuntur, dùm à nobis petitur, Apoſtolici muniminis adijcimus firmitatem. Cùm itaque*

*itaque hoc anno M D XCV Conſtitutiones quædam, ac declarationes in Regulam Sancti Benedicti à dilectis filijs Monachis Congregationis Beatæ Mariæ Fulienſis Ciſtercienſis Ordinis in eorum Generali Capitulo hìc in Vrbe congregatis, ſeù quibuſdam ipſorum, ratione ad eorum Inſtitutum, & Diſciplinam accommodata conditæ, & in eodem Capitulo lectæ, & comprobatæ, ac nobis præſentatæ fuerint, ipſiuſque Congregationis Fulienſis nomine nobis fuerit humiliter ſupplicatum, quatenùs haſce Conſtitutiones, & declarationes confirmare, & approbare de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos verò illas Venerabili fratri Ludouico Archiepìſcopo Montis Regalis, & bo.mem. Audueno Epiſcopo Caſſanenſi, Apoſtolicæ Viſitationis noſtræ in Alma Vrbe Adiutoribus, & operarijs, videndas & recognoſcendas, ac ſicubi opus foret, emendandas dederimus: Demùm ipſi, Conſtitutionibus, & declarationibus huiuſmodi diligenter, & accuratè per eos viſis, & perpenſis, renuntiauerint Nobis eas ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis minimè aduerſari, & nihil in eis niſi pium, ſanctum, & ipſius Congregationis rationibus, & vti-*

*& vtilitati accommodatiſſimum contineri: Nos igitur cupientes, vt hæ Conſtitutiones à dictis Monachis toto ſtudio obſeruentur, ac volentes ipſam Congregationem, & illius Generalem, omneſque alios Superiores, ac Monachos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi, necnon à quibuſuis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon Conſtitutionum, & declarationum prædictarum tenores, & qualitates, ac ſi inſertæ forent præſentibus, pro expreſſis, & inſertis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Conſtitutiones, et declarationes prædictas Autoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò approbamus, et confirmamus, eiſque plenæ, perpetuæ, et inuiolabilis firmitatis Apoſtolicæ robur adijcimus: Supplentes omnes, et ſingulos tàm Iuris, quàm Facti, ac etiam ſolemnitatum quarumcunque defectus, ſi qui interuenerint, aut interueniſſe dici poſſint in eiſdem. Et nihilominus*

*nus omnibus, & ſingulis dictæ Congregationis Fulienſis Superioribus, Monachis, Monialibus, Nouitijs, & perſonis religioſis autoritate, & tenore prædictis mandamus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, quatenùs eaſdem Conſtitutiones libenter ſuſcipiant, & amplectantur, ac tanquàm legem, & normam vitæ ſuæ inuiolabiliter obſeruent. Cuius tamen præcepti vi nolumus, nec intendimus, vt ſi quis eorum contrà dictas Conſtitutiones deliquerit, alij pœnæ, quàm quæ in dictis Conſtitutionibus comminatur, ſubiaceat, neque obligetur. Decernentes propterea Conſtitutiones ipſas nullo vnquam tempore abrogari, reſcindi, aut in aliquo immutari, vel alterari poſſe, niſi modo, & forma in ipſiſmet Conſtitutionibus præſcriptis: ac irritum & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.*

*Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 8. Nouembris M. D. XCV. Pontif. noſtri anno 4.*

M. Veſtrius Barbianus.

# BREVE

## Quo VRBANVS fel. record. Papa VIII. Congregationem S. Bernardi Reformatorum à Congregatione Fulienſi diſtinguit.

*VRBANVS PAPA VIII.*
*Ad perpetuam rei memoriam.*

*AD Vberes, & ſuaues fructus, quos dilecti filij Monachi Ciſtercieñ. Ordinis Congregationis Beatæ Mariæ Fulienſis in vinea Domini afferunt, mentis noſtræ aciem intendentes, quod pro laudabilis eorum inſtituti felici ſtatu, & directione conferat, attentè perſpicimus, ac deſuper officij noſtri partes libenter interponimus, vt iijdem Monachi litium præſertim, & diſcordiarum ſemotis anfractibus, in pacis amœnitate reddant Domino abundantiùs fructus ſuos. Cùm itaque in Congregatione Vene-*

*Venerabilis fratris noſtri Marcelli Epiſcopi Tuſculaneñ. Lantes, ac dilectorum filiorum noſtrorum Ruberti, Sancti Alexij Vbaldini, nec non Laudiuij Sancti Siſti, & Berlingerij, Sancti Auguſtini titulorum S. R. E. Presbyterorum Cardinalium Gipsij reſpectiuè nuncupat. ſuper negotijs dictorum Monachorum à nobis deputatorum ſæpius actum fuerit de differentijs, quæ inter Monachos Gallos, & Italos Ordinis, & Congregationis huiuſmodi hactenus interceſſerunt. Nos eiuſdem Congregationis relatione, ac ſententia audita, pro maiori animorum concordia inter Monachos vtriuſque nationis tuenda, & conſeruanda, alijſque iuſtis, & rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris omnia, & ſingula dictæ Congregationis Monaſteria, ac domus in Italia, ac partibus Pedemontium cateriſque regionibus dilecto filio Nobili Viro Carolo Emanueli Sabaudiæ Duci, & Pedemontium Principi ſubiectis exiſtentia, illorumque Monachos, perſonas, ac bona vniuerſa ab omni, & quacumque iuriſdictione, viſitatione, correctione, ſuperioritate, dominio, cura, & re-*

*gimine dictæ Congregationis, eiuſque præſentis, ac pro tempore exiſtentis Abbatis Generalis, ac Superiorum quorumcumque Apoſtolica autoritate, tenore præſentium perpetuò eximimus, ſeparamus, ac totaliter liberamus, & tàm ex iiſdem Domibus, & Monaſterijs ſic vt præfertur ſeparatis, & diſmembratis in hunc vſque diem erectis, quàm ex alijs quibuſcumque domibus, & Monaſterijs poſthac vbique locorum ſub titulo tamen, & nomine Sancti Bernardi Reformatorum erigendis vnam Congregationem Monachorum Sancti Bernardi Reformatorum dicti Ordinis nuncupandam, à primodicta Congregatione, eiuſque Superioribus, & Monachis prorsùs diſtinctam, & ſeparatam nobis, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectam ab vno Generali iuxtà regularia eiuſdem Ordinis, Conſtitutiones, & Statuta Apoſtolica autoritate confirmata, regendam, & gubernandam autoritate, & tenore præſentis erigimus, & inſtituimus, & Generalis quidem Congregationis Fulienſis ſuam reſidentiam, ac ſedem ordinariam principalem in Monaſterio Beatæ Mariæ Fulienſis in Aquitània Riuenſis Diœceſis, Generalis verò Congregationis*

*tionis Sancti Bernardi in Monaſterio Sanctæ Pudentianæ de Vrbe reſpectiuè habeant, nec non Congregationi per præſentes erectæ, & inſtitutæ, eiuſque domibus, & Monaſterijs, ac Superioribus, & Monachis, nunc, & pro tempore exiſtentibus quod omnibus, & quibuſcumque priuilegijs, indultis, conceſſionibus, exemptionibus, immunitatibus, prærogatiuis, fauoribus, indulgentijs, ac alijs gratijs, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus eidem veteri Congregationi quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis, aùt aliàs, quomodocumque conceſſis, confirmatis, & innouatis, ac inpoſterùm concedeñ. vti, frui, & gaudere liberè, & licitè poſſint ſine aliqua prorsùs differentia per indè, ac ſi eidem Congregationi Sancti Bernardi, eiuſque domibus, Conuentibus, Superioribus, & perſonis nominatim, & æque principaliter conceſſa fuiſſent eiſdem autoritate, & tenore concedimus, & indulgemus. Ad hæc ſtatuimus, & ordinamus, quòd Generalis, & Monachi dictæ Congregationis Sancti Bernardi primo quoque tempore in Romana Curia de domo honeſta, & habitatione commoda, in qua Procurator Generalis*

*Congregationis Fulienſis poſſit commorari, ac de penſione, ſeù annuo redditu ſufficienti in perpetuum pro ipſo Procuratore, & duobus Monachis eius ſocijs prouidere, ac pro huiuſmodi domus emptione idem Generalis, & Monachi ſcuta mille monetæ Romanæ, idque ſemel, pro alimentis verò centum quinquaginta ſcuta annui cenſus, videlicet ratam partem ſingulis tribus menſibus ſinè vlla prorsùs dilatione ſoluere teneantur. Quòd ſi contigerit, vt Monachi Fulienſes ex eleemoſynis, & liberalitate aliquorum benefactorum eam pecuniæ ſummam annui cenſus in Vrbe habere poſſint, quæ ad centum quinquaginta ſcuta annui redditus poſſit pertingere, tunc, & non priùs præfata penſio, ſiue annuus redditus extinguatur, nec vltrà eum Monachi Sancti Bernardi ſoluere teneantur. Præthereà quod Monachi Galli, qui nunc in Italia degunt, ſi petierint, in Galliam remittantur ſumptibus Monaſteriorum, in quibus commorantur, idemque fiat de Monachis Italis in Gallia nunc degentibus iuxtà concordatum, non ita pridem in Capitulo Generali dictorum Monachorum Pariſijs celebrato, initum, quod quidem concordatum quoad alia*

*ca-*

*capita nullum, atque irritum autoritate, & tenore ſimilibus declaramus. Cæterùm electiones, tàm Generalis, quàm aliorum Superiorum, & Officialium in eodem Capitulo factas quoad ea, quæ præſentibus non aduerſantur ad cautelam, & quatenùs opus ſit confirmamus, & Apoſtolicæ firmitatis robore communimus. Quouſque autem Congregationi Sancti Bernardi regimini, ac proſperi directioni per deputationem Generalis proſpici poſſit, Nos per modum prouiſionis, & vſque ad futuram Generalis deputationem per nos mox faciendam in eiuſdem Congregationis Prouicarium Generalem dilectum filium Petrum de Sancta Agnete Ordinis, & Congregationis huiuſmodi Monachum expreſſe profeſſum autoritate, & tenore præſentis facimus, conſtituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, aliiſque arbitrij noſtri pœnis dilectis filijs Congregationis per præſentes erectæ huiuſmodi Monachis, cæteriſque ad quos ſpectat, vt eumdem Petrum in Prouicarium ſic per Nos deputatum iuxtà tenorem præſentium recipiant & admittant, illique pareant, faueant, & aſſiſtant, ac decernentes præmiſſa omnia, & ſin-*

*gula, præſenteſque literas valida, firma, & efficacia, eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, quos illæ concernunt pleniſſimè ſuffragari, ac ab ijs, ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari, ſicque & non aliter per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis autoritate fungentes, in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecùs ſuper his à quoquàm, quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Congregationis huiuſmodi etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenore, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. quibus omnibus, & ſingulis illorum tenore præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentibus, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.*

*Da-*

*Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die vigeſimaſecunda Maij 1630. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.*

M. A. Maraldus.

---

# Decretà Sac. Congregationis ſuper ſtatu Regularium de mandato S.D.N. ALEXANDRI Papæ VII. pro recipiendis Nouitijs edita.

*AD propagandam in Congregatione Monachorum Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Regularem Obſeruantiam, quæ Nouitiorum inſtitutioni, & educationi præcipuè innititur, Sacra Congregatio deputata ſuper ſtatu Regularium de mandato Sanctiſſimi D. N. ALEXANDRI Papæ VII. in ſingulis Italiæ Prouincijs eiuſdem Congregationis præſentis Decreti vigore deſignat, ac deputat*

*putat infraſcripta Monaſteria pro Nouitiatibus, & Profeſſorijs, videlicet. In Prouincia Romana pro Nouitiatu, & Profeſſorio Monaſterium Sanctæ Pudentianę de Vrbe, & in Prouincia Pedemontana pro Nouitiatu, & Profeſſorio Monaſterium Beatę Marię de Teſtona Taurinenſis Diœceſis. In quolibet autem ex pręnominatis Monaſterijs pro Nouitiatu, & Profeſſorio, vt pręfertur, deſignatis eadem Sacra Congregatio impartitur licentiam hac vice tantùm recipiendi ad habitum probationis octo Clericos, ſeu Choriſtas, dum tamen ea, quę ſequuntur, inuiolatè obſeruentur. Primùm cum quis ad aliquod Monaſterium Congregationis prędictę acceſſerit petens in Monachorum numerum aggregari, Superior Monaſterij adiunctis ſibi duobus, ijſque primis Senioribus (niſi fortè alteruter poſtulanti propinquitate, aùt maiori aliqua neceſſitudine, amicitiauè coniunctus ſit; tùm enim proximum ab eo Seniorem ad id negotium adhibebit) interroget, & examinet Poſtulantem prudenter inueſtigans vnùm aliquod impedimentum in huiuſmodi Congregationis Conſtitutionibus expreſſum ne recipi poſſit, habeat: nùm qua corporis, aùt*

*animi*

*animi conditione ad ipſius Congregationis Inſtitutum requiſita careat; quo ſpiritu, humano, an diuino feratur, an deniquè vitę generi, & Inſtituto dictę Congregationis aptus ſit; Videat nùm qua dote, aùt qualitate ad ordinem Clericorum neceſſaria deſtitutus ſit; quibus literis ſit imbutus, & deniquè qua tùm corporis ſanitate, tùm animi virtute, & religione ſit præditus. Poſcat etiam ab eo literas teſtimoniales à duobus minimùm idoneis teſtibus ſubſcriptas, quibus teſtatum fiat ipſum, qui recipi petit, decimum quintum compleuiſſe annum, neque natum extrà legitimum matrimonium, neque ære alieno obſtrictum, neque cuiuſquam adminiſtrationis rationibus reddendis obnoxium, neque facinoroſum eſſe iuxta Sixti V. fel. rec. Conſtitutionem: quod ſi ille huiuſmodi literarum teſtimonium non habet, det operam, vt habeat; in eaque re dicta Conſtitutio ſeruetur. Atquè vt animus, & ingenium Poſtulantis certiùs, & exploratiùs cognoſcatur; idem Superior det negotium alteri dictorum Seniorum, vt eum diligentiùs per complures dies, ſicut expedire iudicauerit, examinet, eademq́ opera diſciplinę, atquè Inſtituti prędictę Congre-*

*gregationis rationem edoceat; quid illi ſit præſtandum, aùt exercendum in Monaſterio, præſertim verò, quid tolerandum nihil reticens aſperiorum; exponat. Quo intellecto, Poſtulantis animus, aùt ſi ſatis habet roboris in ſententia, conſilioque confirmetur, aùt ſi fluctuat incœpto viribus maiore prudenter deſiſtat: Eodemque tempore de eius conditione, moribus, & anteacta vita, etiam ab extraneis, & longinquis, ſi opus ſit, exquiratur. Cùm autem in hac diſquiſitione tantum temporis poſitum fuerit, quantum ad explorandum, cognoſcendumque hominem, eiuſque conditiones Superior Monaſterij cum Senioribus adiunctis ſatis eſſe iudicauerit, nihilque fuerit inuentum, quamobrèm aſpernendus, aùt reijciendus videatur tamquàm ad Congregationem prædictam minùs aptus: tùm ſanè quærant ex eo, qua mente, & voluntate ſit; ſi perſtet in ſententia, Superiorem Generalem commonefaciat, remque totam, vt euenerit, & ſuum, & Seniorum adiunctorum iudicium perſcribat. Superior autem Generalis cum conſenſu Seniorum Aſſiſtentium, Procuratoris Generalis, & Prouincialis ſtatuat de Poſtulante recipi, necnè debeat, proùt*

*ad*

*ad diuinam gloriam, & bonum Religionis magis conducere exiſtimauerit. In Prouincia verò Pedemontana, ſi in ea præſens non fuerit Superior Generalis, committitur facultas Prouinciali illius Prouinciæ recipiendi Poſtulantes ad habitum, & admittendi Nouitios ad profeſſionem, qui nihilominùs tàm in acceptatione, quàm in admiſſione prædictis eorum conſenſum exquirere teneatur, quos Superior Generalis de conſenſu Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis eidem aſſignabit, qui ſaltem tres ex grauioribus eiuſdem Prouinciæ Patribus eſſe debent. Si autem contingat Superiorem Generalem à Prouincia Romana abeſſe, hanc facultatem præfatam Vicario ab ipſomet Generali ad formam Conſtitutionum prædictæ Congregationis in ſuo diſceſſu conſtituendo committat, qui Vicarius de conſenſu Prouincialis, & aliorum ab ipſomet Generali de conſenſu, vt ſuprà ad hunc effectum deputatorum accipiat, tùm ad habitum, tùm ad Profeſſionem. His vt ſuprà peractis, ſi admittendus cenſeatur, mittatur quàmprimùm ad Monaſterium Nouitiatus, vbi in ipſo ſuo veſtitu, modeſto tamen, & humilitati noui ſtatus ſuſcipiendi conſentaneo*

*per*

per aliquot dies, vt hoſpes ſit, quo tempore generalem confeſſionem faciat, & à Magiſtro Nouitiorum rerum ſpiritualium, & cœleſtium meditatione exerceatur: Quibus diebus in hac exercitatione conſumptis, cùm progreſſus in omni virtute, maximèque in humilitate faciendi ſpem dederit, induatur ſanè in Domino habitu Nouitiorum, & in eorum cella per annum ſit; ad quam cellam niſi de Magiſtri permiſſu, Profeſſis, aliiſque omnibus omni aditu ſit prorſus interdictum: Veſtes eius, & ſi quid pecuniæ, aùt aliud ſuum attulerit, ſcribantur, & omnia vſquè ad Profeſſionem eius diligenter aſſeruentur, niſi fortè, dùm Nouitius eſt, aliquid eorum in ipſius vſum inſumi contigerit. Illud verò omninò cauendum erit, ne à volentibus ingredi Religionem pro ipſo ingreſſu, nec poſt ſusceptum habitum pro admiſſione ad Profeſſionem, vel alio quocumque prætextu excepto victu, & veſtitu Nouitij illius temporis, quo in probatione eſt, ab ipſo, vel eius parentibus, aùt propinquis, vel curatoribus aliquid accipiatur ſub pœnis per ſacros Canones, & Conc. Tridentinum ſtatutis. Cæterùm decurſo probationis annuo ſpatio, nullus ad Profeſſionem admittatur,

*tatur, niſi per vocum pluralitatem eorum, qui ſunt in Monaſterio Vocalium accedente Magiſtri voce (cuius potiſſimùm haberi ratio debet) approbatus. Cùm igitur ex pluralitate vocum conſtitutum fuerit admittendum eſſe ad Profeſſionem Nouitium, admoneatur de re tota Superior Generalis, deque ſuffragiorum numero, quæ in id conuenerint: qui rem diligenter examinatam, momentoque ſuo ponderatam communicet cum Senioribus Aſſiſtentibus, Procuratore Generali, & Prouinciali, & cum eorum conſenſu ſtatuat in Domino quid agi debeat. Idemque fiat, abſente Superiore Generali, in Prouincia Romana à Vicario, & in Prouincia Pedemontana à Prouinciali de conſenſu ſuorum, vt ſuprà reſpectiuè deputatorum. Et ſi admittendus ad Profeſſionem cenſeatur, admittatur ſub exacta tamen vita communi ad præſcriptum Regulæ, & Conſtitutionum prædictæ Congregationis, quauis laxiori conſuetudine, ſeù potius corruptela non obſtante, ſeruataque forma Sacrorum Canonum Concilij Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac præcipuè Decretorum ſa. me. Clementis Papæ Octaui. Quod ſi aliquem ex dictorum Nouitijs antè Profeſſionem*

*nem à Religione diſcedere, aùt expelli contigerit, alius in eius locum ſubrogari poſſit, dummodò tamen in omnibus ſeruetur forma ſuperius præſcripta. Poſt Profeſſionem nouus Profeſſus eidem Magiſtro, eidemque diſciplinæ toto proximo triennio ſubſit, eodemque tempore, nec actiuam, nec paſſiuam vocem habeat, nec promoueatur ad ſacros Ordines, niſi fortè Superiori Generali, Seniores Aſſiſtentes, & Procuratorem Generalem in conſilium adhibenti virtus, aùt ætas perſuaſerit alicuius, vt cum eo diſpenſet. Porrò in prædictis Monaſterijs tàm pro Nouitiatibus, quàm pro Profeſſorijs, vt ſuprà aſsignatis, nec Superior, nec Nouitiorum Magiſter eligatur, ſeù deputetur, vel amoueatur, niſi ab ipſomet Superiore Generali de conſenſu Aſsiſtentium, & Procuratoris Generalis; familia verò conſtituatur ab eodemmet Generali cum conſenſu Aſsiſtentium, Procuratoris Generalis, & Prouincialis, nec in eis collocentur niſi Religioſi graues, deuoti, exemplares, & regularis obſeruantiæ, ac puritatis Regulæ ſtudioſi: præcipuè verò caueatur, ne ibi ponatur aliquis, qui non conſentiat ſeruare vitam communem, quæ in prædictis Monaſterijs ad Regu-*

*læ,*

*læ, & prædictæ Congregationis Conſtitutionum præſcriptum exactè obſeruetur, indèque amoueantur, qui tam ſanctæ ordinationi contradicere, aùt quoquomodò ſe opponere auſi fuerint. Quod ſi propter grauiſsimam aliquam cauſam amouendus ſit aliquis à præfatis Monaſterijs pro Nouitiatibus, & Profeſſorijs aſsignatis, & Superior Generalis abſit, nec poſsit ſinè aliquo ſcandali periculo diutiùs res differri; tunc amoueatur per Prouincialem de conſenſu ſuorum, vt ſuprà deputatorum, ita tamen, vt ſtatim de re tota, deque cauſis huius amotionis Superiorem Generalem commonefaciat, qui alium ſeruata forma ſuperiùs præſcripta illius loco collocet. Ad extremum poſtquàm Nouitij in Profeſſorum numerum, vt ſuprà cooptati fuerint, Superiores Regulares, ad quos pertinet, illicò S. Congregationem edoceant ſupraſcripta omnia, & ſingula fuiſſe ad vnguem adimpleta, & executioni mandata, alioquin pœnas in memoratis Decretis Clementis Octaui fel. rec. ſtatutas ſe ſubituros, ac nouas licentias recipiendi Nouitios nequaquàm forè impetraturos certò ſciant. Non obſtantibus quoad præmiſſa omnia, & ſingula Conſtitutionibus, & Ordina-*

*tionibus Apoſtolicis, nec non prædictæ Congregationis, ſtatutis, conſuetudinibus, & priuilegijs, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.*

*Datum Romæ die 12. Iunij 1655.*

B. Card. Spada.

Loco ✠ ſigilli.

*P. Fagnanus S. Cong. Sec.*

---

# BREVE ALEXANDRI PAPÆ VII. felic. rec. contrà Ambientes dignitates tàm intrà, quàm extrà Congregationem.

*ALEXANDER PAPA VII.*
*Ad perpetuam rei memoriam.*

*NVper pro parte dilecti filij Procuratoris Generalis Congregationis Reformatæ Sancti*

*Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Nobis expoſitum fuit, quod inter alias eiuſdem Congregationis Conſtitutiones à fel. rec. Clemente Papa VIII. Prædeceſſore noſtro confirmatas vna reperitur tenoris ſequentis, videlicet. Vt autem honorum, & dignitatum cupiditati, omnique ambitioni, quantùm fieri poteſt, obſtruatur aditus, decernimus, vt ſi quis Superioris Congregationis, aùt aliam quamcumque dignitatem Congregationis, aùt aliam quamuis externam ambierit, aùt vt ea demandetur alteri cuiuis, conatum adhibuerit, is actiua & paſſiua voce in perpetuum careat, vel etiam grauiori pœna puniatur arbitrio Capituli Generalis. Quòd ſi quis aliquem ei rei dare operam cognouerit, niſi quamprimùm deferat ad Capituli Generalis Præſidem eadem pœna teneatur. Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, nonnulli Monachi dictæ Congregationis profeſſionis regularis per eos emiſſæ immemores beneficia Eccleſiaſtica, etiam curam animarum annexam habentia extrà præfatam Congregationem non ſinè præiudicio eorum animarum contrà Conſtitutionis præinſertæ diſpoſitionem conferre ſibi procurent, eaque occaſione diſciplinam regula-*

 *rem*

*rem relaxare, carnibus veſci, aliaque incongrua contrà eorum Regulam committere cum reliquorum dictæ Congregationis Monachorum ſcandalo, & ſæcularium perſonarum offenſione non vereantur. Nobis propterea idem Procurator Generalis humiliter ſupplicari fecit, vt in præmiſſis opportunè, vt infrà prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictum Procuratorem Generalem ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium duntaxàt conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præinſertam Conſtitutionem cum omnibus, & ſingulis pœnis, & alijs in ea quomodolibet contentis ita quod omnes, & ſingulæ gratiæ, quas cæterò contrà eiuſdem Conſtitutionis diſpoſitionem obtineri contigerit, nullæ, & inualidæ, nulliuſque valoris, & momenti exiſtant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis*

*bilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus. Prætereà ſingulis præfatæ Congregationis Monachis ne vllum beneficium Eccleſiaſticum abſquè licentia Capituli Generalis eiuſdem Congregationis de triennio in triennium celebrari ſoliti in ſcriptis, & non aliter, nec alio modo obtenta conſequi, neuè, vt aliquod ſimile beneficium ſibi quoquomodo conferatur, directè, vel indirectè per ſe, vel per alium, ſeù alios, & aliter quomodolibet procurare præſumant ſub expreſſis in præinſerta Conſtitutione, necnon nullitatis prouiſionum contrà præſentium diſpoſitionem quomodocumque faciendarum, ac perpetuæ inhabilitatis ad quoſuis gradus tàm in dicta Congregatione, quàm extrà eam conſequendos pœnis per contrauenientes incurrendis autoritate, & tenore præſentis inhibemus: Decernentes præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios; & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari,*

 & de-

*& definiri debere, ac irritum & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenùs opus ſit, dictæ Congregationis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: Priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.*

*Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die* 11.*Auguſti* MDCLV. *Pontificatus noſtri anno* 1.

G. Gualterius.

BREVE

# BREVE PAVLI V. ſel. rec. contra Ambientes.

*PAVLVS PAPA QVINTVS Ad perpetuam rei memoriam.*

*QVoniam nemò debet ſibì aſſumere honorem, niſi vocatus à Deo tanquàm Aaron, & à regularis vitæ inſtituto valdè alienum eſt, vt Religioſi viri (quos honorum, & dignitatum gradus, ſanctitate vitæ, & alijs religioſis virtutibus potius præmereri, quàm appetere, eoſque gradus, cùm ad eos aſſumuntur, obedienter ſuſcipere, ſuſceptoſque humiliter adminiſtrare decet) mendicatis ſæcularium præſertìm perſonarum ſtudijs ad eos ſibi aditum patefacere contendant, vnde magna in Eccleſia Dei pernicies afferri ſolet. Nos, qui pro muneris noſtri debito in hoc potiſſimùm laborare non deſiſtimus, vt Eccleſiaſtica, Regulariſque diſciplina priſtino candori reſtituatur, huic malo opportunum remedium adhibendum cenſuimus.*

*mus. Cùm itaquè ſicùt accepimus, quidam in Ordine Sancti Bernardi Congregationis Ciſtercienſium Italiæ, profeſſionis, & Regulæ, quam profeſſi ſunt, penitùs immemores, nimiaque dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum in dicta Cougregatione conſequendorum ambitione ducti, pro ijs conſequendis, Eccleſiaſticorum, & ſæcularium Principum ſtudia requirant, & à S. R. E. Cardinalibus, alijſque Prælatis commendatitias literas, alioſque fauores, & gratias propterea expetant; quibus adiuti, quos ipſi ex ſe promeruiſſe minimè confidunt, gradus, & dignitates in eadem Congregatione conſequi valeant; ſicque eiuſdem Congregationis quietem, non ſinè animarum ſuarum periculo perturbant. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Congregatione, cuius proſperum regimen, & incrementum ad Eccleſiæ Sanctæ vtilitatem ſinceris exoptamus affectibus, pro noſtra Paſtorali ſollicitudine propellere ſummoperè cupientes. Motu proprio, & certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eos omnes, & ſingulos Monachos dicti Ordinis, & Congregationis cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, præmi-*

*minentiæ, qualitatis, & dignitatis exiſtentes, qui de cætero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Congregationis aſſequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcunque perſonarum, tàm ſæcularium, quàm Eccleſiaſticarum de gremio dictæ Congregationis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacunque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fungentium fauores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, alijſque vijs directè, vel indirectè, palàm, vel occultè ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aſpirauerint, vel alijs minùs legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſiuerint, aùt etiam ſpontè oblatis, & minimè conquiſitis vſi fuerint, illorumque complices, & fautores, ad quaſcunque Prælaturas, dignitates, & officia, gradus, honores, adminiſtrationes, & munera in ipſa Congregatione obtinenda, perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, adminiſtrationibus, functionibus,*

*nibus, & officijs huiuſmodi eo ipſo priuamus, ac priuatos voce tàm actiua, quàm paſſiua carere decernimus, & declaramus, atquè in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus dicti Ordinis, & Congregationis Superioribus, & Prælatis quocunque titulo nuncupatis, etiam Præſidenti, & Patribus Diffinitoribus, & regiminum præſentibus, & futuris præcipimus, diſtrictèque mandamus, ne quempiam vllo tempore, precibus, literis, vel fauoribus adducti, vel aliàs ad inſtantiam, ſeù requiſitionem, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aùt aliorum quorumcumque, tàm ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorum extrà dictum gremium exiſtentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cuiuſuis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & officia prædictæ Congregationis promoueri, vel pœnas aliquas remittere audeant, vel præſumant. Decernentes electiones, & promotiones ad Monaſteria, Abbatias, ſeù Prioratus, vel officia dicti Ordinis, & Congregationis contrà præſentium diſpoſitionem (quod abſit) quandocùnque faciendas,*

*das; & pro tempore obtentas nullas prorſus, inualidaſque fore, & eſſe, nulliſque viribus ſubſiſtere, ac omnes, & ſingulos in præmiſſis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, & abſquè proceſſu deſuper habendo, ſententias, & pœnas præmiſſas damnabiliter incurriſſe legitimè probandum, & omninò conuincendum, ſolas præmiſſarum perſonarum inſtantias, preces, & fauores etiam oretenus porrectas plenam, indubiam, & ſufficientem in iudicio, & extrà fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri. Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum quoque, & inane ſi ſecùs ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinis, & Congregationis huiuſ-*

*modi*

*modi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, &c.*

*Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die 27. Iulij MDCV. Pontificatus noſtri anno 1.*

M. Veſtrius Barbianus.

---

# PAVLVS PAPA QVINTVS

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*ALiàs per Nos accepto, quod quidam in Ordine Sancti Bernardi Congregationis Ciſtercienſium Italiæ profeſſionis, & Regulæ, quam profeſſi ſunt penitùs inmemores, nimiaque dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum in dicta Congregatione conſequendorum ambitione ducti pro ijs conſequendis, Eccleſiaſticorum, & ſæcularium Principum ſtudia requirebant com-*

*commendatitias literas, alioſque fauores, & gratias, propterea expetebant, quibus adiuti, quos ipſi ex ſe promeruiſſe minimè confidebant, gradus, & dignitates in eadem Congregatione conſequi valerent, ſicque eiuſdem Congregationis quietem non ſinè animarum ſuarum periculo perturbabant. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Congregatione pro noſtra Paſtorali ſollicitudine expellere ſummoperè cupientes motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eos omnes, & ſingulos Monachos dicti Ordinis, & Congregationis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, qualitatis, & dignitatis exiſtentes, qui ex tunc de cætero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Congregationis aſſequenda intenti, & ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcunque perſonarum, tàm ſæcularium, quàm Eccleſiaſticarum de gremio dictæ Congregationis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore, & quacunque ſæculari dignitate, & excellentia etiam Imperiali, Regali, & Ducali fungentium, fauores recurriſſent, vel etiam pa-*

*pactis, pollicitationibus, aliiſque vijs directè, vel indirectè, palàm, vel occultè ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aſpiraßent, vel alijs minùs legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſijſſent, aùt etiam ſpontè oblatis, & minimè conquiſitis vſi fuißent, illorumque complices, & fautores ad quaſcunque Prælaturas, dignitates, & officia, gradus, & honores, adminiſtrationes, & munera in ipſa Congregatione obtinenda perpetuò inhabiles declarauimus, & obtentis per eos Pręlaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, adminiſtrationibus, functionibus, & officijs huiuſmodi eo ipſo priuauimus; ac priuatos eſſe voce, tàm actiua, quàm paſſiua carere decreuimus, & declarauimus: atque in virtute Sanctę Obedientię, ac ſub cenſuris latæ ſententię pœna omnibus dicti Ordinis, & Congregationis Superioribus, & Pręlatis quocumque titulo nuncupatis etiam Pręſidenti, & Patribus Diffinitoribus tunc pręſentibus, & futuris pręcepimus, diſtrictèque mandauimus, ne quempiam vllo tempore precibus, literis, nec fauoribus adducti, vel aliàs ad inſtantiam, ſeù requi-*

*quiſitionem, vel contemplationem Principum, vel Prelatorum, aùt aliorum quorumcunque, tàm ſecularium, quàm Eccleſiaſticorum extrà dictum gremium exiſtentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cuiuſuis generis Prelaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & officia predictę Congregationis promoueri, vel pœnas aliquas remittere auderent, vel preſumerent, & aliàs, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Breuis ſub die 27. Iulij 1605. expeditis literis, quarum tenorem preſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Nos, qui pro muneris noſtri debito in hoc potiſſimùm laborare non deſiſtimus, vt Eccleſiaſtica, Regulariſque diſciplina priſtino candori reſtituatur, ac huiuſmodi ambitionis malum ne altiùs ſerpat, perampliùs prouidere volentes, motu, & ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus omnibus, & ſingulis Monachis dicti Ordinis, & Congregationis cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, preeminentię, qualitatis, & dignitatis exiſtentibus, ne de cętero ad Prelaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Congregatio-*

*tio-*

*tionis aſſequenda ad Principum, & Prçlatorum, ac aliarum quarumcumque perſonarum, tàm ſęcularium, quàm Eccleſiaſticarum de gremio dictę Congregationis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore, & quacunque ſęculari dignitate fungentium fauores recurrant, vel etiam pactis, pollicitationibus, alijs vijs, directè, vel indirectè palam, vel occultè ad Prçlaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia prçfata obtinenda aſpirent, vel alijs minùs legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quęrant, aut etiam ſpontè oblatis fauoribus, & minimè conquiſitis vtantur. In virtute S.Obedientię, ac ſub excommunicationis latę ſententię pœna per contrafacientes ipſo facto incurrenda, diſtrictè prçcipimus, mandamus, ac prohibemus. Non obſtan. &c.*

*Datum Romę apud S. Petrum &c. Die 30. Martij 1613. anno 8.*

INDEX

# INDEX

## Rerum præcipuarum, quæ in his Conſtitutionibus continentur.

Primus numerus paginam, ſecundus paragraphum notat.

### A

ABBAS Generalis pag. 28. p. 2. per totum. Vigilantia 28. 2. Viſitatio 30. 5. Sedes 33. 16. Statum Congregationis, & quomodò Superiores Monaſteriorum, & reliqui Officiales ſe gerant cognoſcat 28. 2. Maiora, quæ geruntur ſibi referuet 29. 4. Secretarium ſibi eligat 30. 6. Grauiora Capitulo referuet 31. 9. Dilationem non ferentia cum Aſſiſtentibus, & Procuratore Generali expediat ibid. 10. Capitulo Generali quantum tribuere debeat 32. 11. Capituli Generalis decreta, quàm diligentiſſimè obſeruari curet 32. 11. Parcus in ordinationibus, & cenſuris 32. 11. & 13. Res nouas non amet 32. 1 . Quæ ordinauerit quandiù valitura ſint 32. 12. Caſus aliquot poteſt ſibi reſeruare 32. 14. Abſuturus Vicarium relin-

linquat, & quem 33. 15. Officij eius duratio 33. 17. Si moriatur, aut quauis ratione inhabilis fiat quid faciendum 35.20. Quandò conſenſum inquirere debeat 13. 9. 21.6. 31. 10. 34. 19. 40. 7. 44. 3. 55. 3. 159. 4. 254. 24. 257. 27. 258. 30. 265. 1. 271. 12. Quandò conſilium 21.4. 19.3. 21.6. 140.7. 200. 4. 215. 4. 236. 2. 253. 23. 256. 27. 272. 13.

Abbatis Generalis qualitates 355. 2. Electio 359. 10. Abſolutio ab officio 342. 6. Scrutinium ibid. Priuilegia 36. 21.

Abbas Titularis 36. 21.

Abnegatio ſui 61. 1.

Abſolutio a cenſuris in Capitulo Generali omnibus Capitularibus impertienda 337. 8.

Abſolutio ab officijs in Capitulo Gener. 338. 9.

Abſolutio à reſeruatis 29. 3.

Abſtinentia à carnibus ſancita 179. 5. Carnium eſum nullus petat 180. 7. Hoſpitibus caro non apponatur 214. 1. Viatoribus interdicitur 179. 5. Palàm, ſeù furtiuè carnes comedentibus pœna deſignatur 179. 6. Senibus, & omninò debilibus conceditur 170. 1.

Abſtinentia ab ouis, & lacticinijs quibus temporibus ſeruanda 178 2.

Acquiſitio bonorum ſtabilium 31. 10.

Aedificia qua autoritate extruantur, vel deſtruantur 31. 10. Eorum exemplaria examinentur, & approbentur 50. 11.

Aetas admittendorum ad habitum 236. 2.

Alchymia 230. 2.

Alienationes à quibus concedendæ 31. 10.

Alleluia quibus temporibus dicatur 93.

Altaria quomodò venerari debeant fratres 84. 2.

Ambientium pœnę 281. 1. &

1. & ſequentibus.
Animalia ad delicias nõ permittenda 71. 5.
Apoſtaſia 141. 29. per totum. Crimen grauiſſimum 135. 1.
Arbiter honorarius nullus ſit 63. 4.
Artifex apud ſæculares non mittendus 230. 1.
Aſſiſtentium Seniorum Officium, & qualitates 37. 1. & ſeqq. Eorum electio 363. 1. Ex diuerſis Prouincijs alternatiuè eligantur 38. 4.
Auratum nihil Monachus habeat 81. 3.

B

BAlnea quibus, & quandò concedenda 169. 3.
Benedictionem exeuntes de Monaſterio quo modò accipiant 295. 1. Redeuntes ibid. 2. & 3.
Beneficia Eccleſiaſtica extrà Congregationẽ nemo ambiat, aut procuret 282. 2.
Bona alicui Monacho quomodocumque donata cui Monaſterio applicanda ſint 158. 4.
Breue Confirmationis Conſtitutionum 382.
Breue erectionis Congregationis Reformatorum Sancti Bernardi 386.
Breuia contrà ambientes 402. 407. 412.
Butyrum pro oleo vbi, & quandò concedatur 178. 2.

C

CAlcei quandò, & quales concedantur 224. 5.
Camini in quorum Cellis permittantur 112. 5.
Cantori omnes in Choro pareant 102 1.
Cantus ratio, quæ 102. 2. & ſeqq.
Capituli Generalis deſcriptio 309.
Quid ſit 311. 1. Eius poteſtas 311. 2. & ſeq. Quo tempore celebretur 330. 1. Qui ad il-

illud conueniant 312. 1. In quo loco conuocandum 330. 1. Qua ratione anticipetur 331. 2. Quomodò prorogetur 332. 3.
Capitulum Monaſterij quam autoritatem habeat 53. 2. Quibus diebus habendum 197. 1. Quomodò in eo ſatisfaciendum pro culpis ibid. & ſeqq.
Capſa communis quæ, & quid in ea cuſtodiendum 154. 2.
Capſa Sacriſtiæ 202. 2.
Carnium victus, vide Abſtinentia.
Caſtitas 64. 8. Huius voti rei quomodò puniantur 34. 19. 136. initio.
Caſus reſeruati 173. 5. Eorum abſolutio 29. 3. 175. 8.
Cellulæ deſcriptio 110. 2. Eius oſtium foramen habeat 111. 3. Simplicitas eius in ſupellectili 112. 4. Quandò, & quomodò in alienam ingredi fas ſit 113. 6. Quandò euerri debeant 114. 9.
Cellerarius 148. 1. & ſeqq.
Cerei quot in *Miſſis* accendendi 268. 6.
Chorum adire quomodò oporteat 84. 2. Ab eo nemo abſit 85. 3. Extranei in eum non admittendi 104. 1. Fallentibus in eo pœna 196. 1.
Ciborum apponendorũ genera 177. 1. Simplicitas 178. 3. Menſura ibid. Æqualitas 181. 8.
Clerici quoties communicent, & confiteantur 173. 4.
Cœna qua hora ſumenda 187. 6.
Collatio ſerotina quæ, & qua hora ſumenda 185. 2.
Collatio ſpiritualis quã. dò facienda 48. 6.
Communio ſacra 172. 3. 173. 4.
Computa 155. 3.
Concionatores 293. 6.
Conductiones bonorum ſtabiliũ in biennium, aut triennium penès quem ſint 53. 2.
Confeſſarij Congregationis 174. 6. & ſeqq.
A qui-

A quibus approbari debeant ibid. Quorumnam confeſſiones audire poſſint ibid. Quomodò in Capitulo Generali conſtituantur 347. 5.
Confeſſarij ſæcularium à quibus approbentur 175. 9. Etiam approbati ab Epiſcopo ſine licentia Superiorum confeſſiones non audiant ibid.
Confiteri ſacramentaliter quandò debeant fratres 173. 4. 175. 8. Sacerdoti extraneo noſtris confiteri non licet 175. 7. In itinere licet ibid.
Congregationis huius nomen 277. 5. Eam vniuerſam referunt Superiores, & Diſcreti in Capitulo Generali 53. 1.
Conſcientiæ examen quandò faciendum 63. 7.
Conſtitutiones pariunt concordiam, & vniformitatem in Congregatione 8. & 9. Ad perfectionem ſpiritualem comparandam perutiles 10. initio. Quomodò faciendæ 14. 10. Antehac factæ abrogantur ibid. Earum interpretatio ad quemnam pertineat 13. 9. Ijs non detrahendum 13. 8. Pœna detrahentium ibid. In Conuentu legendæ 15. 11. Eas, quæ ad ſe pertinent quiſque diſcat ibid. Quandò obligent ad pœnam 10. 2. Quãdò ad peccatum 10. 3.
Contractus quomodò faciendi 53. 2.
Conuerſi quandò, & quomodò conuenire debent ad horas canonicas 96. 5. Eorum preces 95. 4. Nullo modo dent operam literis 108. 6. 206. 3. Qui libri eis permittantur ibid. Sint aſſiduè in opere 206. 3. Eorum veſtitus 223. 2.
Coquinæ miniſterium ab omnibus per vices exerceatur 165. 1. In ea quod ſit Clericorũ officium 165. 2. Superiores, cum licebit,

id quoque officium obeant ibid.
Correctio fraterna quomodò adhibenda 198. 2.
Crimina propter quę Superiores deponendi 34. 19. 50. 11. Propter quę quis cenſeri debeat incorrigibilis 139. 5.
Cuculla ſemper cingenda 223. 2. Vide, Dormire.
Culpa leuis 118. 5. & ſeq. Pœnæ in eam 120. 10. & ſeqq.
Culpæ maiores triplices 116. 2. Grauis ibid. & 123. 1. & ſeqq. Pœnæ eiuſdem 124. 3. Grauior 117. 3. & 125. 1. & ſeqq. Pœnæ eiuſdē 129. 8. Grauiſſima 117. 4. 134. 1. & ſeqq. Pœnæ 136. 2. & ſeqq.

D

Decernendi ratio in Capitulo Generali 348. 1. & ſeqq.
Declarationes Conſtitutionum 13. 9.
Definitorum Capituli electio 343. 1. Officium 344. 2. & ſeqq.
Deponendi Superiores propter quænam crimina 34. 19. 50. 11.
Depoſitum quodnam accipere non liceat in Monaſterio 63. 5.
Diſciplina verberum quandò liceat corpus ſuum caſtigare 61. 2.
Diſcretus quid ſit 317. 1. Eius officium ibid. & ſeqq. Electio 320. 6. & ſeqq.
Diſpenſare quonam modo poſſint Superiores in ijs, quæ pertinent ad Diſciplinam, & communem victum 12. 7.
Doctoratus Lauream noſtris accipere non licet ſine licentia Abbatis Generalis 283. 3.
Doctrina Chriſtiana quandò tradenda fratribus illiteratis 47. 5.
Donati quomodò venire debeant ad Chorum. 96. 6. Eorum veſtitus 227. 8. Nouitiatus 257. 29. Profeſſio ibid. Ordo in Congregatione 258. 30. Ieiunia 181. 8.

Vbi cibum capiant 258. 30. Ijſdem cibis veſcantur, quibus reliqua Congregatio 181. 8. Cellerarij ſint Adminiſtri 151. 6. Omnium bonorum ſpiritualium Congregationis ſint participes 258. 30. Ijs Defunctis, quæ ſuffragia tribuantur 269. 8. Improbi, & inſanabiles quomodò expellendi 259. 31. Ad Conuerſorum ordinem quomodò tranſire poſſint 258. 30. Ad profeſſionem ſolemnem quomodò recipiantur ibid.

Dormire ſine Cuculla, Caputio, aut diſcinctum non licet 114. 10.

Dormitorij candela, aut lucerna 113. 8.

Dormitorium obſeretur noctu, & clauis Superiori detur ibid. Quādo euerratur 114. 9. In eo placidè ambulandum ibid.

# E

Edificiorum maiorum extructiones 31. 10. & 291. 3.

Eleemoſynæ quantitas 53. 2. & 55. 4.

Emphytheuticæ locationes, & conductiones penès quem ſint 31. 10.

Emptiones ſtabilium bonorum 31. 10. & 53. 2.

Ædificandorum Monaſteriorum exemplaria 50. 11. 291. 3.

Eremitica vita à quo, & qua cautione permittatur in Congregatione 18. 2.

Excommunicatio publicanda in die Palmarū 158. 3.

Exercitia ſpiritualia 29. 3.

Exeuntes è Monaſterio quid debeant facere fratres 295. 1.

Extraneus quis admitti poſſit ad habitandum in Monaſterio 215. 4.

Extraneis, quæ loca Mona-

naſterij monſtrari liceat 215. 4. Eos alloquentis Monachi cautio 216. 5.

F

FEmoralia petentibus fratribus qualia concedenda 224. 5. Qualia danda viatoribus ibid.
Feſti dies à Sancta Sede Apoſtolica indicti, & indicendi celebrentur 92. 1.
Forma iuramenti à Scrutatoribus facienda 340. 2.
Forma iuramenti in electione Abbatis Generalis præſtanda 355. 3.
Fundationes, aut acceptiones Monaſteriorū penès quem ſint 31. 10.
Fundationes Miſſarum, aut Officiorum per parcè accipiantur 271 12. Penès quem ſint ibid. & 31. 10.
Fundatoribus Monaſteriorum noſtrę Congregationis quænam gratia ſit referenda 270. 10. 271. 11.
Furtum quodnam caſus reſeruatus ſit in hac Congregatione 173. 5.

G

GAleri Viatoribus quales dandi 225. 5.
Gyrouagi 20. 6.

H

HAbitus color, & ratio 223. 1. & ſeqq.
Hora quanam ſurgendū ad Vigilias 83. 1.
Horæ Canonicæ. Vide Officium.
Horæ incompetentes à S. Benedicto appellatæ quænam ſint 208. 5.
Hoſpitibus menſa frugalis apponatur 214. 1. Nec ſine Lectione ib. Abſint ab ea carnes ib. Ij quandiù poſſint in Monaſterio retineri 214. 2. Quandiù poſſint in Refectorium admitti 215. 2. Hoſpitibus

tibus Monachis noſtris ex aliena Prouincia quid præbendum in Refectorio 215. 3. Ex eadem Prouincia ibid.

I

IEiunij diſpenſatio in quibus feſtis detur 186. 3.
Impedimenta, quæ prohibent recipi in hanc Congregationem 236. 2.
Incorrigibilis quis cenſeatur 138. 4. & ſeqq. Quomodò puniendus 139. 6.
Infirmarij cautio circà Infirmos, &c. 168. 2.
Infirmus quamprimùm confeſſione ſacramentali ſe muniat 168. 1. Quomodò Medicum conſulat ibid. 2. Infirmario pareat 169. 2. Quomodò loquatur cum altero ibid. Veſtitus eius 226. 6. Lectus ibid.
Infirmorum ſimul accumbentium menſæ Lectio non deſit 169. 2.
Inuentarium faciat Officialis quiſque rerum ſibi commiſſarum 153. 1. Inuentarium librorum faciendum 154. 2.
Inuentaria omnium Officialium Monaſterij Superior habeat ſeparatim deſcripta 153. 1. Quæ Inuentaria deferat ad Capitulum Generale Superior quiſque Monaſterij 315. 7. & ſeqq.
Iter facientes Monachi à ieiunijs Regularibus diſpenſantur 177. 2. A carnibus abſtineant 179. 5. Habeant literas commendatitias ſui Superioris 296. 4. Alioquin non accipiantur ibid. Tranſeuntes per locum, vbi eſt Monaſterium Congregationis quid debeant cauere ibid. 15. & quibuſcumque fratribus prodeuntibus è Monaſterio non liceat ire aliò, quam quò Superior conceſſerit 22. 8. Eorũ veſtitus 225. 5.
Itineratio quatenùs permittenda 21. 7. 22. 9.

# L

Lectio menſæ quænam 172. 2. Secundæ menſæ quandò adhibenda 172. 1.
Lectioni deſtinatas horas ad orationem conferre liceat 207. 4.
Lectio caſuum Conſcientiæ bis in Hebdomada Sacerdotibus habeatur 107. 5.
Lectores Theologiæ, ac Philoſophiæ quibus priuilegijs fruantur 107. 4.
Lectulus qualis, & quomodò ſternendus 112. 4.
Liber capſæ communis qui 155. 3.
Liber prædiorum 155. 4.
Libri à Monachis conſcripti cuius permiſſu edi poſſint 230. 1.
Libri cuiuſque prima pagina ſcriptum habeat nomen Monaſterij cuius eſt 154. 2.
Libros vanos, aut obſcœnos nullus attingat 107. 5.
Licentia diſcedendi à Choro, aut alio quouis coetu fratrum; quomodò petenda 193. 2.
Licentia Abbatis Generalis, aut Prouincialis ei, qui vult eum adire neceſſaria 68. 5.
Licentia Superioris neceſſaria, vt quis poſſit literas accipere, aut mittere ad alium 217. 1. & ſeqq. Vt quis negotium aliquod quantumuis pium procurandum ſuſcipiat 62. 4. Vt accipiat aliquid ab aliquo reſtituendũ ei cuius eſt, aut in pios vſus conferendum, vel petat ibid. Vt abſit à Choro 85. 3. Vt in Cellulam alienam ingrediatur 113. 6. Vt ipſum vſum rei cuiuſpiam habeat, aut rem alteri det 159. 5. Vt quid ferat in Monaſterium quò migrat 161. 9. Vt bibat extrà Refectorium 183. 3. Vt petat conſilium ab extraneo 221. 4.
Literæ fratrum. Vide licentia Superioris. Earum ſcribendarum, & ſi-

& titulorum ratio 219. 3. Pœnæ contrà ſcribentes ſine licentia ibid.
Literæ Diſcretis tradendæ 326. 14.
Lites in foro vitandæ 152. 7.
Locationes bonorum qua autoritate faciendæ 53. 2. Cum præiudicio ſucceſſorum non faciendæ ibid. 3.
Locutoria Monaſterij 70. 1.
Loqui inter ſe quandò, & vbi liceat ibid. 2.
Ludus Monachis interdicitur 71. 5. 139. 5.

M

MAgiſter Nouitiorum 246. 14. 248. 17. Eius officium ibid.
Meditationis publicæ tempora 63. 6.
Menſa qualis, & quomodò ſternenda 81. 2. Ad eius benedictionē tardiùs venientis pœna 193. 2. Eam iure, aut vino effuſo imprudenter fœdantis pœnitentia 186. 4.
Mentientis vt admittatur in Congregationē pœna 237. 3.
Miſſæ celebrandæ ritus 268. 6. Conuentualis quotidiè celebretur pro Congregatione 269. 8. Quotidie dicatur à quolibet Sacerdote 269. 7. Ab omnibus non Sacerdotibus quotidiè audiatur ib. Poſſit à quoque Sacerdote ad arbitrium deuotionis eius celebrari ſemel in Hebdomada ibid.
Miſſa prima noui Sacerdotis quomodò celebranda 269. 7.
Miſſarum onera perpetua quam minimè accipienda 271. 12.
Mixtum quid ſit in hac Congregatione 166. 3.
Monachus quiſque initio cuiuſque menſis Superiori ſignificet omnia ſibi ad vſum conceſſa 157. 2. Coronam, Agnus Dei, & alia huiuſmodi non habeat ſuprà duorum iuliorum pretium 81. 3. Eius

3. Eius ſermones quæ de re non ſint 71. 3. 4. Quomodò petat, quod ſibi ſemel negatum eſt. 161. 8. Quid faciat cùm aliqua re extraordinaria ſibi opus eſſe putet 160. 7. Ei defuncto quibus ſuffragijs ſubueniendum 269. 8. & ſeqq.

Monachi aliorum Ordinum, exceptis noſtris Ciſtercienſibus, nullo modo recipiantur 265. 1. Noſtri Ordinis Ciſtercienſis, niſi cum diſpenſatione Abbatis Generalis non ſuſcipiantur ibid.

Monaſteria noſtra ſimplicis ſtructuræ ſint 81. 4. Qua forma ſint ædificanda 291. 3. Cuius autoritate diſſoluenda 292. 3. Quot Monachos habere minimùm debeant 19. 3.

Monere Superiorem cuius ſit 56. 5.

Mulierem non alloquatur Monachus, niſi ſocio fratre vidente, & audiente 62. 3.

Munera ad quemcumq; Monachum miſſa tradantur Superiori 220. 4. Eorum largitio fiat iuxtà Decretum Clementis VIII. ibid.

N

Neceſſaria cuique dentur 159. 5.

Nomen Congregationis 277. 5. Nomina fratrum 278. 7.

Nouitiatus Monaſterium 246. 13. Eius Superior 246. 14. Quomodò ei Monaſterio ſuccurratur 246. 15.

Nouitij ad quæ maximè inſtituendi 247. 16. Corona monachali careant 250. 19. Quinam hinc excipiantur ibid. Ad Ordines nullo modo promoueantur 250. 20. Eorum habitus 226. 7. Quænam facere debeant antè profeſſionem 251. 20. De eorum dimiſſione 251. 22. Dimittendi cauſa 252. 22. Si quis eorum ſpontè diſcedere velit quid faciendum 253. 23.

23. Profeſſio eorum 253. 24. & ſeqq. Poſt profeſſionem trienniũ ſint ſub eadem diſciplina nouitiali, vel ad Profeſſorium mittatur 256. 27.

O

OBedientia quam ſtudioſè præſtanda 66. 1. & ſeqq. Ea qui negligenter defungitur, aut qui conatur ei ſe ſubducere grauiter puniendus 68. 4. Præſtanda Officialibus in ijs, quæ ad eorum officium pertinent 67. 1.

Obſtinatum in peccato coërcere cuiuſnam ſit 139. 6.

Officiales Monaſterij à Superiore eligendi 288. 1.

Officij decantandi ratio, & ordo 94. 1. & ſeqq. Eius celebrandi ſignũ dare cuius ſit, 201. 1. Eius celebrationi nemo deſit 230. 1. Id tardiùs obeuntis poena 192. 1. & ſeqq. Ab eo, qui excuſatur à Choro, quomodò recitandum 85. 3.

Opus manuum 205. 1. Ei lectio libri ſpiritualis adhibeatur 206. 2.

Ordinatio quid ſit 14. 10.

Ordo Superiorum, & Officialium Congregationis 275. 1. & ſeq. Monaſteriorum Congregationis 334. 3. Fratrum 276. 3. Proceſſionis in Capitulo Generali 333. 2.

Ordinum ſuſcipiendorum poteſtatem facere cuius ſit 266. 1. Quæ ratio mittendi ad eos ibidem, & ſeqq. Examinentur ſuſcepturi 267. 3. Quam præparationem debeant adhibere 267. 4. Seruentur interſtitia 267. 3. Poena in ambientes ordinum ſuſceptionẽ 267. 5. Vide Nouitius.

Ordinis alterius Profeſſi non admittantur exceptis Ciſtercienſibus 265. 2. Neque qui fuerint Nouitij vel ad modicum tempus 237. 2.

Or-

Organa permiſſa 103.4.
Ornamenta Eccleſiæ nitida ſint 82.6.

# P

PAllium viatoribus Monachis quale concedatur 225. 5.
Panis genus, & menſura quænam permiſſa 178. 4.
Paupertatis obſeruatio 80. 1. & ſeqq. Vide Proprietas, & Supellex.
Pecuniam apud ſe ne Superior quidem habeat 161. 9. Vbi, & quomodò ſeruanda ſit in Monaſterio 155. 3. Eam quandò tantũ habere, & expendere liceat 161. 9.
Pedules quales permittantur 224. 4.
Perfectioni ſpirituali quanta contentione ſtudendum 305. 1. & ſeqq.
Permutationes bonorũ ſtabilium penès quem ſint 31. 10.
Pileus laneus quomodò, & quandò geſtandus 224. 4.
Pluralitate vocum omnia in Capitulo Generali decernuntur 14. 10. 348. 6. Ea quomodò intelligenda ibid.
Pœna. Vide Culpa.
Portæ Cella 291. 2.
Portarius, & ad eius officium pertinentia 291. 1. & 2. Is literas Superiori tantùm tradat 219. 3.
Poſtulantes recipi in Congregationem, quę res prohibeant 236. 2. Eos examinandi ratio 239.5. & ſeqq. Eos admittere penès quem ſit 243. 10. Quid faciant, vt primùm admiſſi ſunt 243. 11. & ſeqq. Veſtibus, & alijs, quæ ferunt quid faciendum 245. 12. Vbi, & quomodò induendi ſint habitu religioſo ibid. & 246. 13.
Preces tempore Capituli in omnibus Monaſterijs perſoluendæ 329. 3. Ante, & poſt cuiuſque Confeſſus Capituli 372. per tot. Suprà

ele-

electum Abbatem Generalem 377. & 378 per tot. In Clauſula Capituli 379. & 380.
Præceptum Superioris quomodò accipiendū 67. 2. In virtute Sanctę Obedientiæ à quibus fieri debeat 11. 4. 5. 6. Scripto fiat cum ſubſcriptione à faciente, & ab approbantibus 12. 6. In Obedientialibus literis adhibeatur 11. 4.
Præcipua agenda in Monaſterio quæ ſint 53. 2.
Præpoſiti nomine quis intelligatur 287. 1.
Præſidis Capituli Generalis electio 342. 6.
Prioris in Prioratu poteſtas eadem, quæ Abbatis, quibus exceptis 283. 4.
Proceſſiones Generales quænam tantùm obeantur à Noſtris 293. 5.
Proceſſio Capituli Generalis quomodò inſtituenda 333. 2. Poſt electum Abbatem Generalem 377. In Clauſula Capituli 379.
Proclamatio in Capitulo quomodò facienda 198. 2.
Procurator Generalis, & eius officium, & habitatio 44. 1. & 2. Quomodò in rebus grauioribus procurandis ſe gerat 44. 3. Eius electio 365. 1. Ordo inter Officiales 275. 2. Rationem reddat adminiſtrationis ſuæ 343. 1.
Procurator ſæcularis, ſi videbitur Superiori, poteſt conſtitui 151. 6. Eius conditio, officium, & habitatio ibid.
Profeſſio Nouitiorum 255. 26.
Profeſſi alterius Ordinis non admittantur 265. 1. Vide Ordinis alterius.
Proprietatis vitium quomodò puniendum 157. 1.
Prouincialium electio 365. 1. Non præſint vlli Monaſterio 45. 1. Eorum officium, & autoritas ibid. & ſeqq.
Prouinciæ, quomodò or-

ordinandæ, & erigendæ 314. 5. 334. 3.

Q

QVadrageſimalis abſtinentia quandò incipiat 209. 1.

R

REcurſus ad forum ſæculare, vel Eccleſiaſticum 68. 6.
Redeuntes in Monaſterium Monachi quid facere debeant 295. 2. 3. & 4.
Refectionis hora pro varietate temporum 185 1. & 2. Eius ineundæ, & abſoluendæ ritus 187. 5.
Regulæ S. Benedicti caput recitandum in omni Capitulo 293. 7.
Reliquiæ Sanctorum quomodò ſeruandæ 202. 3.
Reuerentia Superioribus & maioribus exhibenda 278. 8.
Rituale nouum 85. 2.

S

SAcerdos Vide Miſſa. Miſſæ cæremonias ſeruet adamuſſim 268. 7.
Sacriſta ex ordine ſacerdotum ſit 201. 1.
Satisfacere Vide Capitulum Monaſterij.
Scripturæ, & inſtrumenta Congregationis quo ſeruentur 154. 2
Eorum copiæ ibid.
Scripturæ cuiuſque Monaſterij quomodò ſeruandæ ibid.
Scrutatores in Capitulo Generali, qui ſint 340. 2. 342. 5. Qua forma iurent 340. 2.
Secretarius Abbatis Generalis 30. 6. Superioris Monaſterij 156. 5. Capituli Generalis quomodò eligatur 339. 1. Eius officium ibid. Sit etiam Scrutator 342. 5.
Seniores Aſſiſtentes. Vide Aſſiſtentes.
Seniores Monaſterij qui ſint 55. 5.
Sententia quomodò dicenda in Capitulo Generali

nerali 349. 8. & ſeqq.
Sepultura in Eccleſijs noſtris quibus concedenda 272. 13. Nullus in Sepulchro fratrum condatur ibid.
Silentium quibus locis ſeruandum 189. 1. Quibus temporibus ibid.
Simplicitas in Breuiarijs, Crucibus, & alijs rebus ſeruanda 80. 1. & ſeqq.
Stabilis ſit quiſque in Monaſterio ſuo 20. 6.
Studentes operis manuũ immunitatem habeãt 106. 3. A quibus eligantur ibid. 2.
Studij Philoſophiæ, & Theologiæ Lectores à quibus excuſentur 107 4. Caſuum conſcientiæ ſtudium quibus temporibus fiat ibid. 5.
Suffragijs ſecretis omnia decernantur in Capitulo Generali 348. Quandò id fieri debeat in cuiuſque Monaſterij Capitulo 53. 2.
Supellex omnis Monaſterij qualis eſſe debeat 80. 2. & ſeqq. Cellarum 112. 4.
Superiores in Capitulo Generali eligendi 46. 1. Alijs præluceant virtute 28. 1. Æqualitatem cum alijs fratribus in omni re ſeruent 47. 3. Eorum qualitates ibid. 4. Quibus diebus ſermonem ſint habituri ibid. 5. Eorum officium 48. 6. & ſeqq. Propter quæ crimina deponendi ſint 50. 11. Eorum poteſtas 283. 4. Menſam habeant cum fratribus communem 228. 1. Quam facultatem habeant largiendi de rebus Monaſterij, & diſpenſandi cum fratribus 55. 4. In grauiſſimis pœnis conſtituẽdis conſulant Prouincialem, aut Abbatem Generalem 200. 4. Quid ferre debeant ad Capitulum Generale 315. 7. Quid relinquendum ab eis antè diſceſſum ad idem Capitulum 316. 8. Si moriantur, aut inhabi-

biles fiant quid faciendum 49. 10. A quibus admonendi ſint 55. 5.
Supprior à Priore eligendus 287. 1. Eius officium, & autoritas 288. 2. & ſeqq. Pro Priore mortuo non veniat ad Capitulum Generale 314. 4.
Surrectio matutina quomodò fieri debeat 84. 4.

T

TItuli perſonarum Congregationis 277. 5. & ſeqq.
Tonſura capitis quandò facienda, & quomodò 20. 5.
Tranſitus ad aliam Religionem quandò liceat 140. 7.
Translatio fratrum 20. 6. 256. 27. & 29.

V

VEnditiones bonorũ ſtabilium penès quem ſint 53. 2.
Veſtiarium, & quid in eo ſeruandum 227. 9.
Veſtitus. Vide Habitus.
Viatores. Vide Iter facientes.
Vigilias poſt Completorium quatenùs liceat producere 85. 4.
Vini menſura qualis 182. 1. In neceſſitate maior eſſe poſſit 183. 2. Dilutum aqua bibatur 182. 1. Eo abſtinere quando liceat 183. 2.
Viſitatores quales eſſe debeant 41. 1. Eorum munus ibid. Eorum viſitatio 42. 2. Eorum præcedentia ibid. 3. Eorum electio 365. 1. Sumptum Viſitationis ſuſtineant Monaſteria viſitanda 43. 6. Acta Viſitationum quibus referenda 43. 6.
Viſitentur ſæculares rariſſimè 62. 3.
Vota. Vide Suffragia.

Erra-

| *Errata* *ſic* | *Corrige*. |
| --- | --- |
| Pag.54. lin.2. eleemoſymæ | eleemoſynæ |
| Pag.68. lin.20. tentauerit | tentauerint |
| Pag.128, lin.1. conuerſus | Conuerſus |
| Pag.139. lin.pen. ſententiam | ſententiam |
| Pag.192. lin.7. ſuerit | fuerit |
| Pag. 257. lin. antepen. deeſt | ab |
| Pag.319.lin.6. vno,eodemque | vna , eademque. |
| Pag.336. lin.2. conuinctus | conuictus |

# REGESTVM.

†A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnia ſunt folia integra.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ROMÆ,

Apud Succeſs. Maſcardi. MDCLXVIII.

*SVPERIORVM PERMISSV.*